TRACTATVS
de Alien. reb. fideic. ſubiectis,

PASQVALE SAVLIO I. C.
STEPHANI FILIO AVTHORE:

In cuius prima parte LXXII. Quæſtiones;
In ſecunda vero caſus, in quibus per teſtatores alienari prohibita poſſunt alienari, continentur.

Atque eiuſdem Authoris in eadem materia Reſponſum.

Ad Perilluſtrem, & Reuerendiſſ. Antonium Saulium Genuæ Archiepiſcopum.

GENVÆ, *Permiſſu Superiorum,*

Apud Hieronymum Bartolum, MDLXXXVII.

Perilluſtri ac Reuerendiſs.

ANTONIO SAVLIO GENVEN. ARCHIEPISC.

PASQVAL SAVLIVS I. C. S. D.

C*VM iuris prudentia nihil videatur præſtantius, nemini mirũ videri debet, ſi ijs qui apud veteres ingenij nobilitate excelluerunt, eam nõ ſalutare à limine, non ſummis (vt aiunt) deguſtare labijs ſatis non fuerit : ſed ipſam magnis laboribus ſint adeo complexi, vt ad altiores legum fontes peruenerint; in hac innumerabiles prope laborare mox contenderunt, qui patrum radijs coruſcã*

tes tanquam planetæ inter ſtellas refulgẽt. Nonnulliq́ue Iuriſconſulti titulo contenti inſignia potius quam doctrinam adepti ita omnia confuderunt, vt nihil purum, nihilque ſincerum vix iam reperiri poſsit. Hinc e tanta opinionum uarietate tot mortalium mentibus oborti ſunt errores ac difficultates vt felix videatur, quem tot Meandri non cogant aberrare. Ego licet non ſim is, qui me ceteris oculatiorem putem, pro virili tamen ab ineunte ætate in iuris ciuilis ſtudio contendens (apes prorſus imitari optaui, quæ flores quos gignere non potuere in alueare ſuum importare contendunt, vt ex varijs floſculis vnum mel amico colono aliquando conficiãt & parẽt.) Quidquid inueni ad alienationem rerum fideicommiſſo ſubiectarum ſpectans, veritate comprobatum, hinc inde deſcriptum collectumque in hoc opuſculum congeſsi; quod nunc mortalium oculis ſubijcio, tuo nomine tamq́; firmiſsimo præſidio munitum: indignum fortaſſe, cui tanti viri patrocinium compararem. Nam cum egregias tuas virtutes, resq́; à te præclarè geſtas intueor necnon mecum repeto eum te eſſe, quem Pontifex Max. ad Hiſpaniarum Luſitaniæq́; Reges potentiſsimos maximis de rebus delegauit, qui Neapoli Apoſtolici Nuntij ſumma laude munus geſsiſti, qui nuper à Rom. Pont. delectus es, vt nobiliſsimæ patriæ præſis Antiſtes, quemq́; totius no-

ſtræ

ſtræ familiæ vniuerſæq; Reipub. decus omnes colunt, non audebam iuuenile hoc munus oculis tuis proferre aſpiciendum. Sed dum venit in mentem me tibi ſanguinis eſſe vinculo coniunctum, propterea laboribus meis eſſe conſulendum, omni depoſito metu, ut tale munus libenter hilarijs vultu excipias rogo atque oro.

PASQVAL SAVLIVS I.C.
LECTORI.

DE alienandis rebus fideicommiſſo ſubiectis libellus, quem non ad laudem conſequendã, ſed ad ueritatem ipſam indagandam compoſui, quanto periculo honorem meũ exponat, nõ ignoro, cum ſatis clarum ſit librorum editionem in nouennium differendam eſſe, vt Lyrico placuit, verum quia ne id mihi, quod olim ab Apelle Prothogeni, dicatur manum me de tabula tollere neſcire, cum perfecte propter meã imbecillitatem parere nõ poſſim, abortũ edere nõ dubitaui, & potius rigoroſis correctionibus me ſubijcere. Quare benigne lector ſi tibi non ſatiſfecero, cum tamen ſatisfaciendi fuerit intentio, mihi non imputabis. Dic ergo quiduis; nam non ſolum illis qui in meis ſcriptis corrigendis operam ſuam collocare dignabuntur, gratias agam: ſed ab ipſis maximum conſequar commodum. grata enim omnibus eſſe debet iuſta reprehenſio, quæ ad veritatis cognitionẽ excitat, nec ingrata debet eſſe iniuſta, cum ad defenſionem in-

citet

citet, nam aliud corrigi non eſt quam alienis laboribus pretioſiorem fieri: mihiq; ſemper plus liberum amicorũ iudiciũ quã pernicioſa adulatio placuit, iuxta illud D. Auguſtini {A quolibet reprehendi quam ab adulante laudari melius eſt,} laudator enim errantis errorem cõfirmat. Quapropter nõ ſolum lectorẽ liberum ſincerum atq; benignum cupio; ſed doctum atq; ingenioſum correctorem: ex quo ſi cognouero aliqua huic libello deeſſe, vt in dies addantur curabo, nec amplius modo quod quotidie canitur conſiderabo.

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus.

Sed ſi mihi id dictum fuerit, reſpondebo.

Quod ſi deficient vires, audacia certe
Laus erit in magnis & voluiſſe ſat eſt.

Rogo ergo qui hunc libellum legere dignabitur, ſi erit verus iureconſultus, cum nil inuidos, & parum acutos homines curem, vt antequam aliquid corrigat totum perlegat opus, memor ſententiæ J. C. in l. in ciuile ff. de ll.

CAPITA QVAESTIONVM
huius primæ partis.

QVID ſit alienatio. Q. i.

Quotuplex ſit alienatio. Q. ij.

Alienatio uoluntaria, quæ ſit. Q. iij.

Alienatio neceſſaria, quæ ſit & quotuplex. Q. iiij.

Prohibitio alienationis quæ ſit & quid. Q. v.

Prohibitio alienationis quotuplex. Q. vi.

De prohibitione alienandi tacita. Q. vij.

De prohibitione alienandi expreſſa. Q. viij.

De prohibitione alienandi reali. Q. ix.

De prohibitione alienandi perſonali. Q. x.

De prohibitione alienandi ſimplici & nuda. Q. xi.

De prohibitione alienandi cum cauſſa. Q. xij.

Prohibere alienationem quis poſſit. Q. xiij.

Quibus modis alienatio prohibeatur. Q. xiiij.

Quarum rerum alienatio prohiberi poſſit. Q. xv.

Falcidia an prohiberi poſſit. Q. xvi.

Trebellianica an prohiberi poſſit. Q. xvij.

Legitima an prohiberi poſſit. Q. xviij.
De prohibitione quæ procedit à lege. Q. xix.
Lex an poſſit prohibere alienationem neceſſariam. Q. xx.
Prohibitio an extendatur. Q. xxi.
Prohibitio vt bona remaneant in familia an extendatur. Q. xxij.
Prohibitio an tacite intelligatur in quolibet fideicommiſſo. Q. xxiij.
Pactum de non alienando an teneat. Q. xxiv.
Permisſio alienandi an ſit fauorabilis. Q. xxv.
Prohibitio ſimplex quid operetur. Q. xxvi.
Prohibitio facta verbis geminatis quid operetur. Q. xxvij.
Prohibitio nulla quid operetur. Q. xxviij
Prohibitio verbis generalibus facta quid operetur. Q. xxix.
Permisſio alienationis omnium bonorum quid comprehendat. Q. xxx.
Facultas alienandi conceſſa an ſit libera. Q. xxxi.
Prohibitionis alienandi virtus. Q. xxxij.
Prohibitio alienandi in perpetuum quid operetur. Q. xxxiij.
Prohibitio alienandi nuda an valeat. Q. xxxiiij.
Prohibitionis natura, quæ ſit. Q. xxxv.
Prohiberi an poſſint bona heredis. Q. xxxvi
Res emphiteoticæ an poſſint alienari. Q. xxxvij
Alienari prohibita an veniant in confiſcatione bonorum. Q. xxxviij
Fideicommiſſa quo iure introducta. Q. xxxix.
Quotuplex ſit fideicommiſſum. Q. xl.
Fideicommisſi definitio. Q. xli.

Prohibita

Prohibita alienari an poſſint vſucapi. Q. xlij.
De prohibitione nuda quæ reſpicit commodum alicuius. Q. xliij.
Prohibitio alienandi an extendatur ad nepotes, & ad heredem heredis. Q. xliiij.
Subiecta reſtitutioni in diem an poſſint alienari. Q. xlv.
Alienatio prohibita extra certum genus an admittat teſtamentum. Q. xlvi.
Transmiſſio iure hereditario quando cenſeatur prohibita. Q. xlvij.
Prohibitio ſimplex an dimittat alienationem legalem. Q. xlviij.
Bona alienari prohibita ſi alienentur quid ſequatur. Q. xlix.
Alienatio an procedat in fideicōmiſſo conditionali. Q. l.
Prohibita alienari quando neceſſitate vrgente alienari poſſint. Q. li.
R[illegible] non poſſunt an poſſint alienari. Q. lij.
Prohibita alienari an pro pœna delicti poſſint alienari. Q. liij.
Prohibitus alienare an poſſit facere compromiſſum. Q. liiij.
Prohibita alienari an poſſint locari. Q. lv.
Prohibita alienari an pro alimentis alienari poſſint. Q. lvi.
Prohibita alienari an pro ſtudiis alienari poſſint. Q. lvij.
Fideicommiſſo an renuntiari poſſit. Q. lviij.
Renuntiatio fideicommiſſi facta præſente parte, & tacente an valeat. Q. lix.
Fideicommiſſo per diuiſionem an renuntietur. Q. lx.

Clauſula ut alter ab altero non poſſit moleſtari an importet renuntiatione. Q. lxi.
Clauſula ad habendum in diuiſione poſita an importet renuntiationem. Q. lxij.
Scientia fideicommiſſi an præſumatur in herede. Q. lxiij.
In fideicommiſſis, quæ ueniunt reſtituenda. Q. lxiiij.
Prælegata an comprehendantur in fideicommiſſo uniuerſali. Q. lxv.
Reſtitutioni an ſubiaceat quod acceptum fuit iudicio teſtatoris. Q. lxvi.
Ius accreſcendi an contineatur in fideicommiſſo. Q. lxvij.
Fructus percepti an comprehendantur in fideicommiſſo. Q. lxviij.
Bona feudalia an ueniant reſtituenda. Q. lxix.
Ius patronatus an in reſtitutione fideicommiſſi comprehendatur. Q. lxx.
Iura ſepulcrorum an ueniant in reſtitutione fideicommiſſi. Q. lxxi.
De intellectu ſtatuti Ianuen. lib. 4. ciuil. tit. de teſtamentis cap. primo. Q. lxxij.

PRE-

PREFATIO.

SI non habent homines, quod non acceperint a Deo, quare gloriantur quaſi non acceperint? & theſaurizant theſauros in terris vbi erugo, & tinea demolitur, & fures effodiunt,& furantur, Quia poſtquam ex iure gentium, vt ait Hermogenianus I. C. diſtincta ſunt Dominia rerum, & quiſquis rei ſuę abſolutus Dominus,& diſpenſator effectus eſt,tantum excreuit diuitiarum cupiditas, & ex ipſa quoddam inanis mundanæ gloriæ deſiderium,vt homines non ſolum ad comparandas diuitias magnopere intenti fuerint,ſed ad illas in eorum familijs, vt ita dicam perpetuandas omne ſtudium omnemque diligentiam adhibuerint, magis exiſtimantes hominũ famam ex quoquomodo acquiſitis diuitijs conſeruari, quam ex virtutibus cum magnanimitate cõiunctis; & plus commodi ſucceſſoribus afferre poſſe relictis opibus,quam bene actæ vitæ memoria, & virtutibus non pau cis,non conſiderãtes, quod & ſi diues vulgo pręferatur ceteris,id non ille conſequitur, qui auaritia mediante diues effectus eſt,ſed qui & acquirendo & poſſidendo diuitias taliter ſe geſſit,vt & Deo & hominibus cum illis inſeruiret: nec ſat ijs mundanæ glorię amatoribus fuit, quod ſacratiſſimi Pontifices & Imperatores, adeo ad bonorum conſeruationem proſpexerint, vt magna cum prudentia & bonitate leges tulerint,ne ecclesię,mulierum,minorum, defunctorum,abſentium,& aliarum perſonarum bona tam faciliter alienarentur,immo diligenter cuſtodirentur: quem modum & formam prohibendi,ne eorum bona ab eorum voluntarijs & legitimis ſucceſſoribus alienari poſſent,inuenerunt. Hinc tot fideicommiſſa,& prohitiones,quorum iuris prudentiæ volumina adeo abundant, vt nil vberius nil abundantius nil ue copioſius pertractatum inueniri poſſit, totque ex ipſis diſcordiæ,lites,& diſceptationes ortę ſunt, vt doctores dicere auſi ſint nullum tantæ quantitatis luctum in quauis alia legali materia, quam in iſta feciſſe, quæ & propter ipſius magnitudinem & difficultatem,ac propter infinitatem eorum, quæ de ipſa ſcripta reperiũtur aliquibus ex noſtris profundiſſimis doctoribus nolle in hac materia caſum aliquem decidere occaſionem dederit, & licet quandoque fauorabilis videatur, & quod ad mundi conſeruationem tendat,attamen omnino contra naturalem libertatem eſt & mundi conſeruatio non nobis,ſed deo pertinet, qui cum nobis bona dederit, alienationem non prohibuit, ſed modum diſpenſandi rectum oſtendit.nos vero adeo ingrati ſumus, vt quod nobis libere conceſſum fuit cum poſt mortem noſtrã niſi medijs bonis operibus nobiſcum ferre non valeamus, id filijs noſtris &

ſucceſſo-

ſucceſsoribus mille cum prohibitionibus relinquimus, quæ res adeo ſemper mihi dura ac aſpera viſa eſt, vt quaſi impoſſibile eſse ſępe ac ſæpius ipſe mecum duxerim, quin legum clementia hanc rem aliquo cum benigno moderamine proſpexerit, vnde vt facilius ſciri poſsit quando alienationis prohibitio effectum ſortiatur, & quando inanis reddatur, hunc libellum de alienandis rebus fideicómiſso ſubiectis ſatis currenti calamo conſcripsi, & ex iuris voluminibus aliqua excerpsi dictis prohibitionibus contraria non parum, pro cuius initio vt facilius optatum finem attingam aliqua non inutilia præmittam admonitus a I.C. in l.j.ff. de doli mali excepti.in l.1.ff.si cert.pet.in l.proponebatur. ff. de Caſtren. pecu.cum maxime progreſsus omnis artis recte a generalibus præceptis ducatur, §. his igitur Inſti.de Iuſtit.& Iur.voluitq; Ariſto.in 1.phi.vt ab vniuerſalibus ſemper inchoandum sit,præuia tamen ſemper diuisione de qua per gloſ. in §. igitur in proe. Inſtitu. quę animum legentis incitat memoriamq; artificioſe reformat,quę cum bimembris ſemper magis approbetur, §. omnium Inſtitu.de action.Ego quoque hunc meum libellum bipartitum faciam,cuius prima pars alienationis,& prohibitionis diſfinitiones cum aliquibus neceſſariis diuiſionibus &quæſtionibus continebit, ſecunda vero caſus in quibus a teſtatoribus alienari prohibita. Alienari poſſunt & nonnulla circa ſtatutũ Ianuen. de huiuſmodi prohibitione diſponés, & circa refectionem rerum fideicommiſſo ſubiectarum, quibus breuiter cognitis pro nunc diuino numine ante omnia implorato ſat erit.

PRIMA

PRIMA PARS.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis verbum vſucapionem continet.*

2 *Alienare dicitur amittens ſeruitutem non vtendo.*

3 *Alienatio proprie non dicitur quādo res in dominio remanet.*

4 *Verbum alienationis large ſumptū plura comprehendit.*

5 *Alienatio proprie ſumpta importat dominij tranſlationem.*

6 *Verbum alienatio in odioſis & pœnalibus ſignificat diminutionem vel tranſlationem.*

7 *Alienationis diffinitio.*

8 *Verbum alienatio refertur ad omnes contractus continentes tranſlationem dominij.*

9 *Verbum alienatio a ſtatuto relatū comprehendit alienationem inter viuos tantum.*

10 *Diſpoſitio facta per teſtamentum non dicitur alienatio.*

11 *Statuti verba proprie intelligenda ſunt.*

12 *Alienatio differt à conſenſu alienandi.*

13 *Verbum alienare deſignat actum perfecte alienationis.*

14 *Alienare, & non acquirere differunt.*

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit alienatio.

PRIMO quæro quid ſit alienatio, & Paulus I.C. in l. 28. ff. de verbo. ſignificatio. ait; alienationis verbum etiam
1 vſucapionem continet. vix eſt enim, vt non videatur alienare, qui patitur vſucapi, cum quoque alienare dicimus, qui non vtēdo amiſ-
2 ſit ſeruitutem. confirmantur hæc in l. fina. C. de reb. alie. & in cap. nulli ex, de reb. eccle. non alien. & Vl-
3 pia. in l. 67. ff. eod. tit. probat alienatum non proprie dici id quod adhuc in dominio venditoris manet, vnde dixit Alcia. ad dictam l. 28. quod alienationis verbum late per
4 tinet, nam ad directi, & vtilis dominii trāſlationem, ad vſucapionem, & ad pignoris nexum refertur; dū tamen id nominis large ſumatur: alioquin proprie alienationem eſſe cum directa dominia transferun-
5 tur, quod confirmatur in l. 1. C. de fun. dota. & ideo ſi in aliquo argumento odioſo, vel pœnali, vel alio-
6 quin propriè accipiendo alienationis mentio fiat, id intelligitur cum aliquid diminuitur, vel in alium trāsfertur, quod comprobat idem Alcia. ad l. alienatiōis, ff. de verb. ſignif. vbi quotieſcunque quis ius aliquod dominii in alium transfert alienare dicitur. Ergo alienatio ita
7 difiniri poteſt, vt ſit dominii translatio, cum trāſlatio dominii, aliud non

non ſit niſi vera alienatio; quo fit quod verbum iſtud alienatio ad o-
8 mnes illos referatur contractus, ex quibus dominium transfertur, vt voluit Abba. in cap. nulli in gloſ. pe nul. nu. 13. de reb. eccle. non alien. Alex. conſ. 36. lib. 5. Boeri. deciſio. 144. Curt. Senio. conſ. 66. num. 25. late Cepha. conſ. 687. nu. 15. lib. 5. Salice. in l. vlt. C. de rebus alie. non alienan. Rip. in l. vlt. C. de reuoc. do nat. Bero. in cap. nulli num. 21. de reb. eccle. non alien. eſtq; communis opinio, vt per Eman. Soarez. in verſ. alienatio num. 138. qua opinione ſic ſtante aduertendum eſt,
9 quod ſi iſtud verbum alienatio a ſtatuto prolatum ſit, bene comprehendit omnes dominii translationes, quæ fiunt inter viuos, non autẽ quæ fiunt per teſtamentum, cum illa non ſit vere dominii translatio,
10 ſed quædam perpetuatio, cum priuatio præſupponat habitum, & habitus non poſſit eſſe in perſona, mortuaque fecit viuens teſtamentum ex his, quæ notantur in l. peto, §. fratre, vbi Bart. de leg. 2. Fulgoſ. conſ. 21. Bald. conſ. 149. num. 1. lib. 1. & in terminis conſ. 25. nu. 1. libr. 3. Marſi. ſingu. 466. Alex. conſ. 29. nu. 15. lib. 7. Tiraq. de retract. ligna. §. 26. glo. 1. num. 3. Socin. conſ. 13. lib. 3. Ruin. conſ. 16. nume. 16. lib. 2. Cephal. conſ. 13. num. 16 & ratio eſt, quia ſtatuti verba ſemper
11 debent proprie intelligi gloſ. in l. licet. ff. de iure iuran. l. non aliter, de lega. 3. Crau conſ. 7. & 201. nu. 11. & 251. nu. 5. Cephal. conſ. 151. num. 17. & tandem omnia prædicta abundanter comprobat Gherard. Mazzo. conſ. 100. num. 42. &
12 multa bona dicit Burſa. conſ. 140. num. 21. lib. 2. aliud enim eſt alienare, aliud alienanti conſentire idẽ Burſat. conſ. 50. num. 27. lib. primo,
13 & alienare verbum actum perfectę alienationis deſignat Burſ. conſil. 13. num. 74. lib. primo, & conſil. 240. num. 21. lib. 3. vbi quod alie-
14 nare, & non acquirere multum differunt. Et hæc ſufficiant cum plura de hac re ſcripſerit Redo. noſter in ſuo tractatu de reb. eccle. non alienan. in princ. & Rebuff. ad l. alienationis verbum, ff. de verb. ſignif. per totam, & Ottauia. Simoncellus, in ſuo tract. de decim. poſt præfatio copioſe.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis duplex ſpecies in lege xij. tabularum.*
2 *Vſucapione non acquirebatur proprietas lege 12. tabularum.*
3 *Alienatio iure noſtro quattuor modis ſumitur.*
4 *Verba ſecundum ſubiectam materiam intelliguntur.*
5 *Alienatio in fideicommiſſis regulariter prohibetur.*
6 *Prohibitio alienationis eſt odioſa.*
7 *Verba prohibitionis alienationis ſtricte ſunt interpretanda.*
8 *Alienationis verbum proprie, & ſtricte eſt accipiendum in fideicommiſſis.*
9 *Alienationis verbum quando agitur*

tur de fauore grauati, late eſt interpretandum, quando vero de illius odio, ſtricte.

QVÆSTIO SECVNDA.

Alienatio quotuplex ſit.

SEcundo quæro quotuplex ſit Alienatio, & dico q̃d in iure pluribus modis ſumitur, & vt a iure antiquo exordiar iure legũ xij. tabularũ duplex tan-
1 tummodo alienationis ſpecies erat quæ per nexum,& quæ per ceſſionem fiebat,per vſucapionem vero proprietas non acquirebatur licet
2 iuris auctoritate poſſeſſor defenderetur Alcia.ad l.quæſtio.ff.de verb. ſignif. & ante illum Cynus ad l. 1. C.de vſucapio transfer. iure autem noſtro quattuor modis ſumitur
3 proprie, aut proprijſſime, aut improprie, aut improprijſſime, propria eſt per quam proprietas, vel vtile dominium tantum transfertur, proprijſſima vero per quam plenum dominium totaliter transfertur, ſed impropria intelligitur illa per quam aliqua trãsfertur ſeruitus, improprijſſima verò per quã in aliqua re hipoteca conſtituitur, Bal.in auten.hoc ius porrectum.C. de ſacroſan. eccle. & in tit. quibus mod.feud.ammit.Fabia. de Montepieco,in tracta.de empt.& vend. 4.part. q. vlt. ponit Iaſ. in §. item,ſi quis,il primo, num. 24. inſti. de actio.Rebuff.in praxi,ſub tit. de alienar.rerum eccl.num.6.Barba.conſ. 15.lib.1,Cephal.conſ.53. num.14. deciſ.Peruſi.93. num.13. & 14. & alij omnes, cum igitur tot modis poſſit ſumi alienatio conſtituo re-
4 gulam, quod verba ſemper ſecundum ſubiectam materiã intelligẽda ſunt,l.ſi vno in 2. reſponſo.ff.locati,Iaſ.in l. 1.de inſti. & iur. Felin. in cap. 2.de reſcr.Roma. conſ.104. Alcia.conſ.92. & conſ. 50. Burſat. conſ.228. num. 50. & hęc eſt via non recedendi a propria verbo. ſignif.l.fin.C.de ijs,qui veni.ęta. impetra.l.ex ea parte §.in inſulam,vbi Bart. & Iaſ. de verb. oblig. alſa. late collecta numer. 987. quo caſu ſciendum eſt quod cum in fidei-
5 commiſſaria verſemur materia, & in fideicommiſſis alienatio regulariter prohibeatur,vt per Bart. Iaſ. omnes alios in l.fili.fam.de lega. 1.
6 quæ materia cum ſit odioſa, in illa verba ſtricte ſunt interpretanda.
7 Dec.conſ.336.in fine, Crauet.conſil.180.in fin. Soc. Iun. conſ. 185. num.19.lib.2.Silua. conſ. 174. nu. 14.DD.in l.coheredes,§ cum filię, de vulgari.l.ex tribus.C. de inoffic. teſtamen.Caſtr.conſ.47.lib.2. Dec. conſ.386.Corn.conſ.53.lib.1.Bertran.conſ.340. lib.1. Cephal. conſ. 262.num. 1.lib. 2. Silua. conſ.74. num.9.Marcabru.conſ.85. nu. 49. Bertazzol.conſ.495. num. 5. lib.2. Gabr.conſ.56.num.6.& conſ. 132 num.5.Burſa.conſ.347.nu.1.lib.3. & conſ.38.num.40.ideo in hoc no-
8 ſtro caſu erit ſtricte & proprie iſtud verbum alienare accipiendũ l.

non aliter, ff. de reg. 3. Dec. conſilio 635. num. 11. Cephal. conſ. 674. num. 9. Gratus conſ. 19. lib. 2. Silua. conſ. 6. num. 4. lib. primo, quotieſ-
9 cunque igitur tractabitur de hoc verbo ad fauorem grauati erit late interpretandum, & fauorabiliter, ſed ſi de damno vel incommodo ipſius ſtricte & propriiſsime interpretatio facienda erit lucem, deciſ. 64. num. 5. & 6. vbi late.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio propriiſſima eſt duplex.*
2 *Alienationis uoluntariæ diffinitio.*

QVÆSTIO TERTIA.

De Voluntaria Alienatione.

TERTIO cum in hoc libello de alienandis rebus alienari prohibitis tractandum ſit, & ideo aliqua de prohibita alienatione dicenda, quæ propriiſsima eſt. Quæro quotuplex ſit iſta propriiſsima alienatio, & dico quod duplex eſt: aut enim volun-
1 taria eſt aut neceſſaria, & licet cognita neceſſaria remaneret etiam cognita voluntaria argum. §. primi, inſti. de iis, qui ſunt ſui vel alieni iuris; tamen in primis quæro quæ
2 ſit alienatio voluntaria, & dico q. voluntaria alienatio eſt illa, quæ nullo iure cogente fit Alba. conſ. 50. num. 13. Sebaſt. Med. de caſu fortuito, parte prima, q. 1. nu. 26. Portius inſti. de iure patron. nume. 11. Alcia. conſ. 93. n 7. Didac. in 1. par. lib. 4. decreta. cap. 4. nu. 12. c. merito. 15. q. 1. Bal. in l. penult. C. quo & quam iudex Dec. in l. velle, ff. de regul. iur. probatur ex notatis per Decium ad l. donare, ff. de reg. iu. ideo quotieſcunque de alienatione voluntaria verba facimus, de illa loquimur, vel intelligitur, quæ nulla præuia obligatione a nobis fieri poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio neceſſaria eſt duplex.*
2 *Alienatio procedens à lege, quæ fit per ſucceſſionem ab inteſtato.*
3 *Alienatio procedens ab homine eſt in qua factum hominis interuenit.*

QVÆSTIO QVARTA.

Neceſſaria alienatio quid ſit.

QVARTO quæro quid ſit neceſſaria alienatio, & dico q. ipſa dupliciter ſumitur, nã aut procedit à lege aut procedit
1 ab homine, quæ procedit à lege vel à iure eſt illa, quę fit per ſucceſ-
2 ſionem ab inteſtato cum neceſſe ſit vt mortuo homine rei ſuæ dominium ad alium perueniat l. 3. §. de illo ff. pro ſocio l. lege obuenire

vbi

vbi Doctor. de verb. ſignif. l. peto. §. fratre de leg. 2. l. conficiuntur vbi
* Bart. & communiter * DD. de iure codicillorum, Alcia ad l. alienationis verbum, de verb ſignif. Ruin. conſ. 109. num. 37. lib. 2. Simon de Pretis, de inter. vltim. volunt. lib. 4. fol. 474. num. 10. Marcabr. conſ. 76 num. 31. Quæ procedit ab homine
3 eſt illa de qua in ſtatuto noſtro Genuæ inter ciuilia lib. 4. cap. primo, de teſtamentis in quo diſponitur, quod res à teſtatore alienari prohibita poſſit alienari ſi alienatio ſequi debeat facto, vel cauſſa ipſius teſtatoris, vnde omnis alienatio, quę ex cauſa teſtatoris ſequi debet vel etiam ex cauſsa heredis neceſſaria erit alienatio procedens ex facto hominis, vt probatur in ſecunda parte circa finē, & probat Marcabr. conſ. 83. num. 181. & ante illū Sebaſt. Medi. in tract. de caſu fort. prima parte, q. 6. num. 1. poſt multos quos allegat.

SVMMARIVM.

1 Teſtatores ſæpe prohibent bonorum alienationem.
2 Probibitio eſt virtus legis.
3 Probibitio alienationis in hac meteria quid ſit.
4 Probibitio teſtatoris eſt lex.
5 Prob. tio teſtatoris per legem, & à lege ſit.

QVÆSTIO QVINTA.

Quid ſit prohibitio teſtatoris.

1 Quinto, quia alienatio ſæpe ac ſæpius à teſtatoribus prohibetur, vt per Doct. ad l. filiusfam. §. diui, de leg. j. ad l. Marcel. ad trebellia. ad l. fin. C. com. de leg. quæro quid ſit ipſa prohibitio,
2 & dico quod prohibitio eſt proprie virtus legis per tex. in l. legis virtus, ff. de legibus, ſed in caſu nrō eſt volūtas teſtatoris, qui diſponēs de re-
3 bus ſuis imponit legem ne poſſint alienari, ergo eſt ipſa lex Dec. in l. 1. C. de collat. clar. §. teſtamentum q. 76. communem inquit Curt. Iun. conſil. 169. num. 1. Iaſ. in l. ſi ſeruus §. vlt. ff. de leg. Cepha. conſ. 37. num. 2. lib. 1. Rolan. a valle conſ. Rimin. conſ. 186. nu. 16. lib. 1. Burſa. conſ. 8. num. 3. lib. 1. Peruſina deciſio 61. num. 23. vſq; ad 30. nouiſſime Franc. Burſ. conſ.
* 338. nu. 1. lib. 3. eſtq; communis * vt per clarum loco pręcitato, & nō ſolum prohibitio eſt lex quia vo-
4 luntas teſtatoris; ſed eſt propria lex
5 quia quandoq; per legem & a lege fit vt per Bar. in l. ſi quis pro eo ff. de fideiuſco. & in l. filius fam. §. diui de lega. 2. Burſa. conſ. 338. num. 41. lib. 3. Abbas conſil. 43. quidā Dom. Antonius lib. 1. eſtq; communis ſententia vt per Eman. Soarez in ſuo theſauro in verſic. contract. nu. 303. poſt multos quos enumerat.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitionis alienationis ſeptem ſpecies.*

QVÆSTIO SEXTA.

Quotuplex ſit prohibitio.

SExto quæro quotuplex ſit iſta prohibitio, quæro & dico quod aut eſt tacita aut eſt expreſſa & quandoq; realis quandoq; perſonalis, quandoq; ſimplex & ſine cauſſa, quandoque cum cauſſa de quibus ſatis copioſe per Soc. Iun. conſ. 140. num. 7. lib. 3. qui de communi* atteſtatur per Cur. Iunio. conſ. 116. num. 8. qui etiam communem* dicit Cepha. conſil. 134. num. 38. Mantic. de coniectu. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 25. Paris. conſ. 31. num. 27. lib. 2. Coarru. varia. reſolut. lib. 3. cap. 5. num 4. Burſat. conſil. 17. num. 13. lib. 1. Mandoſ. ad Roma. conſ. 477. de quibus omnibus ordinate aliqua dicam.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis tacita tam de iure antiquo quam nouo continetur in fideicommiſſis.*

2 *Prohibitio tacita continetur etiam in fideicommiſſis conditionalibus.*

3 *Prohibitio alienationis reſultat ex coniecturata mente teſtatoris.*

4 *Fideicommiſſum ex coniecturis inducitur licet inſtitutiones & ſubſtitutiones inde non ſumantur.*

5 *Coniecturæ in fideicommiſſis magis attenduntur quam verba.*

6 *Prohibitio alienationis tacite continet fideicommiſſum.*

QVÆSTIO SEPTIMA.

De prohibitione Alienandi tacita.

SEptimo quæro quæ ſit prohibitio alienationis tacita & dico, quod
1 regulariter in omni fideicommiſſo bona cenſentur alienari prohibita, & iſta eſt tacita prohibitio l. Marcell. ad Trebell. l. fin. §. ſed quia C. commu.* de lega. vbi communiter* DD. quod procedit tam de iure antiquo, quam nouo, ſecundum cōmunem* de qua per Alex. in l. Marcell. §. reſq; ad Terbellianum Fern. vaſqui de ſucceſſ. progreſ. §. 28. num. 2. latæ Hieroni. Zanc. in §. cum ita in 4. parte num. 3. & 115. & 107. & hæc communis* opin. procedit non tantum in
2 fideicommiſsis puris ſed etiam ſub conditione vel in diem incertam ſecūdum communem* de qua per Soci. Iun. conſ. 137. num 3. lib. 1. quam confirmat. Corn. ad l. penul. §. fin. ad Terbel. Tob. noni. conſil. 39. lib. 1. Franc. Bec. conſ. 97. nu. 10. de communi* atteſtatur Alex. conſ. 3. num. 2. lib. 3. Rolan. aual. conſ. 85. num. 18. lib. 1. Burſat. qui dicit communiorem* conſ. 48. nu. 9. lib.

9. lib. 1. & ante illum Rolan. aual. conſ. 9. num. 14. lib. 1. & non ſolum ſimpliciter in omni fideicom-
3 miſſo adeſt tacita prohibitio ſed etiam in omni vltima voluntate dummodo ex coniecturata mente teſtatoris poſſit colligi ſuam fuiſſe intentionem prohibendi alienationem vt ex communi* de qua per
4 Pari. conſ. 43. num. 24. & 41. nu. 15. Ideo & ſi inſtitutio directa & vniuerſalis, itemq; ſubſtitutio nempe vulgaris & pupilaris quæ ſunt ſecundæ ſubſtitutiones coniecturis induci non poſſint ſecundum communem* fideicommiſſum tamen nedum quibuſcunque verbis inducitur, ſed ſola voluntate defuncti quoquo modo tacite etiam ex coniecturis declarata, Bald. in l. ex facto §. rerum de heredibus inſtituendis, quē ſequũtur omnes communiter* vt per Pari. conſ. 92. num. 14. lib. 2. conſ. 25. num. 34. conſ. 86. num. lib. 2. Cur. Iun. conſ. 121 nu. 10 Gherar. Mazzo. conſ. 6. num. 13. de cap. 1. Franc. Manuca. lib. 8. tit. 1. de coniecturis vltimarum voluntatum quæ tamen coniecturę debent magis valere quam verba & quam qualitas verborum a teſtatore prolatorum
5 ita vt potius recedatur a verbis & ſequatur coniecturata mens l. heredes mei §. cum ita vbi omnes & DD. præcipue Hier. Zanc. ff. ad Treb. & eſt communis* opin. de qua per Pari. conſ. 83. & refert Burſa. conſ. 228. num. 20. lib. 3. & ante illum Clar. in §. teſtam. q. 76. Simon de pretis conſ. 175. nume. 12. & iſta prohibitio ſicut cenſetur appoſita in quocunque fideicommiſſo ita etiam ex ipſa
6 cenſetur inductum fideicommiſſum de qua in ſequenti quæſtione dicemus.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi expreſſa multis modis fit.*

2 *Prohibitio expreſſa regulariter eſt potentior tacita.*

3 *Prohibitio ſimpliciter facta non valet.*

4 *Prohibitio ſimpliciter facta ſiue per modum diſpoſitionis ſiue conditionis non inducit fideicommiſſum.*

5 *Prohibitio valet facta extra familiam.*

6 *Prohibitio cum cauſſa vt bona remaneant in familia inducit fideicommiſſum in caſu alienationis tantum.*

7 *Prohibitio cum prædicta cauſſa diſpoſitiue & per modum rationis appoſita importat fideicommiſſũ in caſu mortis.*

8 *Verba illa de herede in heredem inducunt fideicommiſſum in caſu mortis ordine ſucceſſiuo.*

9 *Verba illa quod hereditas ſemper habeatur à maſculis inducunt fideicommiſſum.*

10 *Verba vt perpetuo bona remaneãt in filios, & in deſcendentes tractum ſucceſſiuum ſignificant.*

Verba

11 *Verba prohibeo alienationẽ vt bona in familia conſeruentur inducunt fideicommiſſum vtroq; caſu.*
12 *Coniecturæ ex quibus reſultat fideicommiſſum.*

QVÆSTIO OCTAVA.

De prohibitione alienandi expreſſa.

OCTAVO ſubſequenter quæro quæ ſit expreſſa alienandi prohibitio, & dico, illam eſſe quę fit ver-
1 bis precariis vel obliquis vt ſi diceret, teſtator rogo te vt hereditatem meam Titio reſtituas; vel si diceret, prohibeo alienationem bonorum meorũ; vel ſi dixerit nolo quod bona mea poſſint ab aliquo alienari, de quibus per Crot. conſ. 48. nume. 22. & prius per pau. de Caſtr. in l. filius fam. §. diui ff. de lega. 1. & in l. qui Romæ §. coheredes ff. de verb. oblig. Rip. ad dictum §. diui nu. 47. Alex. de neuo. conſ. 22. num. 6. Grat. conſ. 21. nu. 33. lib. 2. Zanc. ad §. cum ita num. 405. Soc. conſ. 43. num. 11. in fine li. 3. l. 2. vbi DD. C. de ll. eſtq; communis ſententia vt per Soc. Senio. conſ. 86. num. 6. lib. 3. Lodo. Zunt. in conſ. pro vxore nu. 373. Franc. Beci. conſ. 24. num. 1. Cepha. conſ. 134. nu. 38. Manti. de coniect. vltima volunt. lib. 6. tit. 14. num. 15. & iſta prohibitio expreſſa regula-
2 riter eſt potentior tacita glo. in l. cum pater §. libertis de legatis 2. Paul. de Caſtr. conſ. 13. lib. 1. & in ea tres caſus veniunt conſiderãdi. Primo quando ſimpliciter prohibitio facta eſt vno vel pluribus inſtitutis heredibus, & tunc concludendum eſt fideicommiſſum eſſe
3 inductum: ratio eſt quia prohibitio ſimpliciter facta non tenet, DD. omnes & præcipue Iaſ. l. filius fam. §. diui. de legatis 1. & de communi teſta. paris. conſ. 82. num. 12. lib. 2. quod non tantum procedit
4 in prohibitione facta per modum conditionis quantum per modum diſpoſitionis Salic. in l. quoties C. de fideicommiſſis Burſa. conſ. 13. num. 42. lib. 1. Secundo conſideratur illa prohibitio quę licet fiat ſim-
5 pliciter, tamen adiiciuntur illa verba extra familiam quæ adeo videntur importare fideicommiſſum ad fauorem familiæ vt tunc prohibitio valeat non quidem abſolute, ſed extra familiam tantum Bart. in l. qui Romæ §. coheredes ff. de ver. oblig. & eſt communis * opinio de qua per Soci. conſ. 75. lib. 3. per Dec. conſ. 23. Burſa. conſ. 52. num. 30. lib. 1. Vilalob. in verbo alienatio. n. 90. Tertio conſideratur pro-
6 hibitio cũ aliquali ratione vel cauſſa facta puta ut bona remaneant in familia etiã: quo caſu meo iudicio duo veninnt conſideranda, primũ qñ teſtator non expreſſit extra familiam ſed adduxit cauſſam generalem vt bona remaneant in familia. nam hoc in caſu maxime dubitatur ſcilicet an ſimplex & abſolutum fideicommiſſum inductum ſit, an vero in caſu alienationis tantum,

tum, & ſunt qui exiſtimant in ca-
ſum tantum alienationis induci, di
* cuntq; cõmunem * eſſe Alex. conſ.
56. vol. 1. Soci. conſ. 227. Dec. conſ.
377. Alcia. in l. peto. §. fundum de
legatis 2. Burſa. conſ. 52. num. 4.
Cepha. conſ. 17. num. 22. & conſ.
337. nu. 6. Sunt autem alij qui con-
trariam opinionem veriorem pu-
tant, inter quos fuit Bart. in dicto §.
coheredes ff. de verb. oblig. num.
3. & Paris. conſ. 26. conſ. 30. conſ.
31. cons. 52. & 88. lib. 2. qui atteſtã-
* tur communem * prout pariter atte
ſtatur Alcia. cons. 36. & cons. 102.
Hęc tamen contrarietas aliqua in-
diget declaratione & conciliatio-
ne, & hoc modo declarandum eſ-
ſe puto, quod quando verba illa, vt
bona in familia remaneant, prola-
ta ſunt per modum cauſæ enuntia
tiuæ taliter, quod per ſe nihil infe-
runt, vt exempli gratia ſi diceret te
ſtator prohibeo alienari bona mea
vt permaneãt in familia, hoc pacto
non inducitur fideicommiſ. ſim-
plex, vt refert Burſat. cons. 5. nu.
40. Curt. Seni. cons. 40. Gratus cõs.
7 106. num. 1. Sed ſi verba illa quia
volo bona in familia remanere per
modum rationis diſpoſitiue fue-
rint prolata, vt ſi teſtator ꝓhibitio-
ne facta ſubdiderit & hoc, quia eſt
mea intentio, vt bona quæ alienari
ꝓhibui remaneant in mea familia,
tunc profecto clarum eſt fideicõ-
miſſum induci non tantum in caſu
contrauentionis, ſed etiam in caſu
* mortis ſecundum communem * de
quæ per Soc. in d. §. coheredes, quã
pariter retulit Gozad. cons. 102.
Pariſ. cons. 26. lib. 2. cons. 30. &
31. eodem libro Beron. cons. 126.
num. 56. lib. 2. Burſat. cons. conſil.
12. num. 97. lib. 1. Quod tamen
ita dictum non procedit quãdo te-
ſtator alia verba addidiſſet, vt ſi di-
8 xiſſet volo, quod mea hereditas trã
ſeat de herede in heredem, quia il-
lo caſu cenſetur inductum etiam
abſolutum fideicommiſsum, et in
in caſu mortis ordine tamen ſuc-
ceſſiuo ita, vt proximiores prius,
& poſtea alij cenſeantur vocati per
tex. in l. vnum ex familia. §. ſi o-
miſsa de lega. 2. Bar. D. §. cohere-
des Pariſ. qui dicit eſse commu-
* nem * cons. 88. & 91. & conſil. 17.
vol. 2. Dicitur quoque non proce-
9 dere quando teſtator dixiſset velle
quod ſua hereditas ſemper habea-
tur à maſculis: nam tunc, & aliena-
tio eſt prohibita, & fideicommiſ-
ſum inductum Pariſ. cons. 92. lib.
1. quod etiam ſequeretur ſi teſta-
tor dixiſſet velle, quod bona per-
10 petuo remaneant in filios & de-
ſcendentes de familia. & Ratio eſt
quia dicta verba tractum ſucceſ-
ſiuum ſignificant, & ex illis colli-
gitur mens teſtatoris circa conſer-
uationem bonorũ in familia Aret.
d. §. coheredes, & Pariſ. qui dicit
* eſse communem * conſ. 92. num. 2.
Burſat. poſt multos quos allegat
cons. 243. lib. 3. Secundus vero ca
ſus eſt quando prohibitio per teſta-
torem fuit facta clare, & expreſse
ad fauorem ſuæ familię, dum dixit
bona alienari non debere, vt in fa-

familie

milia conſeruentur, & tunc fideicommiſſum cenſetur inductũ tam propter alienationem quam propter mortem Bar. in d. §. coheredes Soci. Iun. cons. 116. & cons. 140. lib. 3. Cur. Iun. cons. 116. nu. 8. & communem opinionem dicit eſſe Cepha. cons. 134. num. 38. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 25.

12 Et videas omnino Franciſcũ Burſatum cons. 227. lib. 3. vbi emunerat docte & copioſe triginta cõiecturas ex quibus inductum cenſetur fideicommiſſum.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi realis quid ſit.*

2 *Prohibitio realis afficit omnes ad quod res perueniunt.*

3 *Prohibitio realis dicitur, ex cauſſa & natura rei.*

QVÆSTIO NONA.

De prohibitione alienandi reali.

NONO Quia dixi quod alia eſt prohibitio realis, alia eſt perſonalis, quæro nunc quę ſit realis prohibitio, & dico,
1 quod tũc realis prohibitio eſt quãdo teſtator iniunxit onus nõ alienadi bonis vel rebus Bart. in l. peto §. fratre de legatis 2. vbi etiam omnes, & Alex. ad §. diui. num. 25. & Paris. cons. 92. num. 23. lib. 2.
vbi ex communi opinione habe-
2 tur quod iſta prohibitio afficit omnes ad quos perueniunt res, de qua etiam latæ per Marcabr. conſ. 13.
3 num. 149. item dicitur realis alienatio ex cauſſa & natura rei ad quam teſtator cenſetur habuiſſe affectionem & in qua pro validitate prohibitionis requiritur cauſſa Dec. conſ. 481. in princ. cap. Dec. 208.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi perſonalis quid ſit.*

1 *Prohibitio perſonalis non egreditur perſonam.*

3 *Fideicommiſſum non inducitur per perſonalem prohibitionem.*

QVÆSTIO DECIMA.

De prohibitione perſonali.

DEcimo quæro quid ſit perſonalis prohibitio, & eſt illa quæ fit, perſonis expreſſe nominatis Rui. conſ. 130.
1 & 131. lib. 2. Dec. conſ. 377. num. 5. & conſ. 52. num. 32. Rimina. conſ. 279. num 86. lib. 3. communem* Dicit Burſat. conſil. 337. num. 60. lib. 3. & communis* vocatur in lib. 14. communium* opinionum Tom. 2. fo. 244 num. 56.
2 & iſta non extenditur Burſat. conſ.
3 13. num. 18. lib. 1. & num. 20. ex communi* & non inducit fideicom-

deicommiſſum idem Burſat. conſ. 337, num. 60. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 Prohibitio alienandi ſine cauſſa quæ dicatur.

2 Probibitio ſine cauſſa regulariter non inducit fideicommiſſum.

QVÆSTIO VNDECIMA.

De prohibitione ſine cauſſa ſimplici & nuda.

VNdecimo, Quæro quid ſit prohibitio ſine cauſſa ſimplex, & nuda, & dico, quod eſt illa, quæ fit nulla expreſ-
1 ſa cauſſa vel declaratione a teſtatore, nec expreſſit aliquid ex quo ad ita faciendum moueretur Ripa in §. diui. num. 102. Alcia. in l. peto §. fundum num. 6. de legatis 2.
* Alex. conſ. 56. 1. lib. communem* dicit Soci. Sen. conſ. 227. num. 4. Cepha. conſ. 17. num. 22. Burſat. conſ. 52. num. 40. quæ prohibitio quando valeat & quid operetur inferius breuiter dicam q. 28. 34.
2 & 43. & regulariter non inducit fideicommiſſum niſi addatur verbũ perpetuo, & niſi alia concurrant Burſa. conſ. 337. num. 49. lib. 3. Sed tantum in caſu contrauentionis ex communiori* relata per Burſat. conſ. 301. num. 1. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 Prohibitio alienandi cum cauſſa quæ ſit.

QVÆSTIO DVODECIMA.

De prohibitione cum cauſſa.

DVodecimo quæro prohibitio cum cauſſa, quæ ſit, & latis per ſe patet, & eſt illa quę fit per teſtatorem dum
1 prohibendo ſuam intentionem declarat, & ponit rationem expreſſam propter quam prohibuit alienationem bonorum ſuorum, de qua per Bar. in d. §. coheredes per tex. in l. eius qui in prouinciam ff.
* ſi certum petatur, communem* dicit Gozad. conſ. 102. Paris. conſ. 52. libr. 2. Burſat. conſ. 97. libr. 1. Bero. conſ. 176. num. 56. lib. 2. latiſſime Burſat. poſt multos quos adducit conſ. 398. nu. 17. lib. 3. vbi
* de communi* de cuius prohibitionis natura non nulla etiam inferius ſuo loco dicam.

SVMMARIVM.

1 Dominus eſt quilibet rerum ſuarum.

2 Rebus ſuis quilibet legem poteſt imponere.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

Quis poßit prohibere.

Decimotertio quæro quis poſſit facere has prohibitiones, & reſpondeo quod cum omnes homines ſuarum re-
1 rum domini ſint l. in re mandata C. mandati l. non vſque adeo ff. ſi quis à parente fuerit manu. leg. etiam §. ſcilicet ff. ſoluto matrimonio l. nec emere C. de iure deliberandi l. quod ſi nolit de edilitio edicto ca. quam periculoſum ſept. q. 1. Pancir. præceptor meus conſ.
2 1. num. 63. ideo omnes poſſunt rebus ſuis legem quam volunt imponere l. ſicuti §. Ariſto. ff. de ſeruitut. idem Panciro. conſ. 2. num. 20. & notatur in l. dudum de contrahenda emptione Burſa. conſ. 525. nu. 49. lib. 3. & tranſit ſine difficultate.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis fit a lege a iudice, & a teſtatore.*

2 *Prohibitio teſtatoris fit affectione rei vel perſone aut odio perſone.*

3 *Prohibitio alienationis fit quandoque a contrahentibus.*

QVÆSTIO DECIMAQVARTA.

Quibus modis prohibitio fiat.

Decimoquarto quæro quibus modis iſta prohibitio alienandi fie-
1 ri poſſit, & dico quod aut fit per legem vt per Bar. in §. diui num. 15. Bal. conſ. 347. lib. 3. Alex. conſ. 59. lib. 5. aut fit per iudicem Bar. in d. §. diui. num. 16. Caſtr. conſ. 41. & conſ. 12. lib. 1. aut fit per teſtatorem in teſtamento vt per Bar. in d. §. diui. & tunc aut fit ratione
2 affectus rei aut affectionis perſonæ aut ratione odij alicuius, aut ſine aliqua ratione vt late ponunt DD. omnes communiter ad dictum §. diui. Bal. conſ. 310. num. 3. lib. 3. Alex. conſ. 120. num. 2. Monti. de
3 inuenta. cap. 20. num. 498. aut fit per pactum inter contrahentes vt per Bar. in d. §. diui. num. 14. Bald. conſ. 494. lib. 4. Ang. conſ. 103. & habetur in l. ſi. ita quis §. ea l. ff. de verb. oblig. l. Codicillis §. patre de legatis 2. l. cum pater §. cum inter eodem tit. l. peto §. fratre ff. eodem vbi regulariter de hac materia tractatur, de quibus etiã aliqua ſi erit opportunum inferius dicam.

SVMMARIVM.

1 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

QVÆSTIO DECIMAQVINTA.

Quarum rerum alienatio prohiberi poßit.

Decimoquinto quæro quarũ rerum prohiberi poſſit alienatio, & quia contrariorum eadem eſt diſciplina ad notata

tata in rub. de acq. poſſeſs. Alex. Soci. Areti. Iaſ. Alcia. Crot. & alij cum Bart. in l. inter ſtipulantem §. ſacram de verb. oblig. Dec. in l. ſecundum naturam & in l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Euerar. loco 75. ideo vt breuitati ſatisfaciam dico, quod poſtquam cognouerimus quarum rerum alienatio prohiberi non poſſit remanebit etiam clarum, quarum rerum alienatio phiberi poſſit, & quia bona ſubiiciuntur reſtitutioni per fideicommiſſum tacitum vel expreſſum, ſi retineri poſſet falcidia per heredẽ grauatum reſtituere, illa, pars bonorum pro falcidia retenta eſſet in libera diſpoſitione heredis, & ex conſequenti non valuiſſet prohibitio alienationis tacita vel expreſſa, & quandoque teſtatores præuidendo caſum detractionis falcidię ſolent illam probibere, ideo primo loco diſcutiendum erit de hac prohibitione detractionis falcidiæ mox de detractione trebellianicæ, & demum legitimæ in quibus predicta ratio etiam militat.

SVMMARIVM.

1 *Falcidia de iure antiquo prohiberi non poterat.*

2 *Falcidiæ detractio probiberi poteſt dummodo teſtator ſciuit valorem ſui patrimonij.*

3 *Falcidiæ detractio licet prohibeatur tamen heredi repudiante hereditate ad alios ſcriptos in teſtamento defertur.*

4 *Falcidię detractio probibita cenſetur quando mandatur ſolui integrum legatum vel ſine diminutione.*

5 *Falcidia dicitur prohibita quando teſtator mandat exſecutores diſtribuere vſque ad integram ſolutionem legatorum.*

6 *Falcidia non cenſetur probibita quando teſtator mandat pleno iure reſtitui, eſt magis communis opinio.*

7 *Statutum Ianuen. lib. 4. cap. 6. tit. detaſtam. quid operetur.*

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

De falcidia.

Decimoſexto quæro an poſſit prohiberi falcidia, reſpõdeo olim indubitanter non poterat prohiberi falcidia, &
1 contra voluntatem teſtatoris detrahebatur text. l. quod de bonis §. fratre ff. ad leg. falc. ſed hodie nulla eſt dubitatio, quin falcidia prout
2 competit pro rebus relictis particularibus prohiberi poſſit dummodo forma præſcripta ſeruetur & teſtator ſciens valorẽ ſui patrimonij eam expreſſe prohibuerit text. in aut. ſed cum teſtator C. ad l. falc. & tenent communiter DD. vt teſtatur bolog. rub. ad l. falc. num. 48. Fernan. Valq. de ſucceſſ. §. 8. num. 1. Io. Annibal. de Canoni. in repetitione l. nemo poteſt de lega. 1. ratio eſt quia olim herede repudiãte

teſtamenta infirmabantur. Hodie
ſi heres repudiat propter falcidiæ
prohibitionem, teſtamentum non
vitiatur, ſed hereditas defertur re-
3 liquis in teſtamento ſcriptis, ſiue
legatarij ſint ſiue fideicommiſſarij,
& illorum aditione teſtamentum
confirmatur, ita tenet Bar. in l. ne-
mo poteſt ff. de leg. 1. & quod iſta
* ratio ſit vera, & communis* teſta-
tur Corn. d. auten. ſed cum teſta-
tor, Fernan. Vaſq. d. §. 8. num. 2.
ſed quid ſi expreſſe non ſit prohi-
bita iuxta legis præſcriptum num-
quid ſufficiet ſi ex coniecturis ap-
parere poſſit, Reſpondeo ſi talia
verba adſcripta ſint per teſtatorē,
vt clare, & certe appareat de men-
te, quod voluerit prohibere falci-
diam, tunc admittitur volūtas eius
etiam ſi prohibitio facta nō ſit iux-
ta legis prꝗſcriptum, vt ſi integrum
4 legatum ſolui, vel præſtari iuſſit, in-
telligatur falcidiam prohibuiſſe. ita
tenet gl. l. decer. in fi. ff. de fideic.
liber. & in hoc omnes communi-
ter conſentiunt, vt teſtatur Bellon.
conſ. 65. num. 3. Fernan. Vaſq. de
ſucceſſ. progreſſ. §. 26. numer. 29.
Idem eſt ſi teſtator iuſſit legatum
ſine diminutione ſolui, ita tenet
Pau. de Caſtr. d. auth. ſed cum te-
ſtator. num. 2. & in hoc caſu nemi-
nem diſcrepare dicit Aim. Graue.
conſ. 174. num. 1. in fi.
5 Sed quæro, quid ſi teſtator dixe-
rit vel mādauerit, quod executores
capiant vel diſtribuant vſq; ad in-
tegram ſolutionem legatorum, an
falcidia intelligatur prohibita, reſp.
* quod ſic hanc dicit eſſe commu-
nē* DD. opin. Ruin. conſ. 117. nu.
21. volum. 3. quem refert Franc.
Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit.
vltim. num. 18.
6 Quæro item, quid ſi teſtator
mandauit pleno iure reſtitui, num-
quid admittatur heres ad detra-
ctionem falcidiæ, an vero teſtator
prohibuiſſe videatur, Reſpon. Bar.
l. centurio num. 27. ff. de vlgar. te-
net tunc quoque ex voluntate te-
ſtatoris detrahi non poſſe: hanc
* communem* eſſe ſententiam pro-
fitetur Alc. ibi nu. 90. bolog. rub. ad
leg. falc. numer. 49. eandem dicit
* communem* Ioan. Dilect. de arte
teſtand. tit. 5. caut. 31. numer. 3.
* Alex. conſ. 5. lib. 3. receptiorem* di-
cit Boet. deciſ. 194. contrariam
ſententiam, quod heres non ob-
ſtante hoc poſſit falcidiam detra-
here tenet fel. C. auditis extra de
prꝗſcript. & hanc firmat teneri ab
omnibus Roma. auth. ſimiliter C.
* ad l. falci. & communem* dicit idē
conſ. 239. hanc quoque dicunt ve-
riorem Moder. Paris. add. ad Alex.
conſ. 5. lib. 3. & conſ. 201. vol. 6.
Capr. conſ. 36. Bertr. conſ. 148. vol.
3. Crot. l. nemo poteſt ff. de leg. 1.
Quia nō eſt veriſimile teſtatorem
velle iuri communi derogare vel
heredem ſuum legali auxilio pri-
uare per verba generalia, & prꝗdi-
cta, & alia dicenda in ſequenti q.
de iure communi procedunt. ſed
7 ſtante ſtatuto noſtro lib. 4. de te-
ſtam. cap. 6. diſponente quod he-
res non poſſit aliquam falcidiam
vel

vel trebellianicam retinere niſi ſit perſona cui debeatur iure naturæ non eſt opus prohibitione hominis cum lex ipſa prohibeat, ſed ſi concurreret etiam hominis prohibitio, eſſent duo vincula quæ maius robur haberent §. ſed hodie inſt. de adopt. auth. itaque C. com. de ſucc. & faciunt quæ de geminatione prohibitionis dicam q. 27. & de effectu prohibitionis legis vel ſtatuti q. 19. & 46.

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica de iure nouo prohiberi poteſt heredi extraneo.*
2 *Trebellianicę prohibitio fieri debet verbis expreßis ſpecificis ſecundum quoſdam.*
3 *Trebellianica ſufficit prohibeatur ſaltem verbis generalibus ſecundum magis communem.*
4 *Expreſſum dicitur etiam id quod verbis generalibus ſignificatur.*
5 *Trebellianica dicitur prohibita per illa verba quod hereditas reſtituatur ſine omni diminutione.*
6 *Trebellianica cenſetur prohibita ſi teſtator dixerit quod tota hereditas pertineat ad aliquem.*
7 *Trebellianica dicitur prohibita ſi verbum totam verbo exequutiuo vel diſpoſitiuo adiiciatur.*
8 *Trebellianica eſt prohibita ſi teſtator iuſſerit integram hereditatem reſtitui.*
9 *Geminatio verborum totam & integram, & ſimilium inducit prohibitionem trebellianicæ.*
10 *Trebellianica cenſetur prohibita quando teſtator iußit omnia bona reſtitui ſecundum opinionem Bartoli.*
11 *Trebellianica non cenſetur prohibita per illa verba omnia bona reſtituat ſecundum opinionem Ang. & communem.*
12 *Verba quæ poſſunt aliud importare non inducunt prohibitionem trebellianicæ.*
13 *Bartoli opinio quod trebellianica ſit prohibita per illa verba omnia bona reſtituat non eſt vera.*
14 *Trebellianica cenſetur prohibita per illa verba pleno iure reſtituat hereditatem ſecundum Alex. & alios.*
15 *Trebellianicam non eſſe prohibitam quando teſtator dicit quod pleno iure reſtituatur hereditas eſt communis opinio.*
16 *Verba teſtatoris rogo vt pleno iure hereditatem reſtituat intelligi poſſunt reſpectu dominij pleni vel vſufructus vel proprietatis.*
17 *Trebellianica cenſetur prohibita per illam geminationem verborum reſtituat pleno iure hereditatem & omnia quidem bona.*
18 *Prohibitio alienationis trebellianicam comprehendit.*
19 *Trebellianica prohiberi non poteſt filiis primi gradus.*

Qua-

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA.

De Trebellica.

DEcimoſeptimo quęro an poſſit prohiberi trebellianica, vltra notata per Marzarium in ſuo epitome 2. partę q. 49. reſpond. quod olim ſicut falcidia contra expreſſam teſtatoris uoluntatem poterat deduci, ita etiam trebellianica, hodie vero ſecus,
1 quia prohiberi poteſt, & hoc non habet dubium in extraneo herede Alex. conſ. 67. lib. 1. Soci. Iuni. conſ. 136. num. 6. lib. 1. Roland. conſ. 5. num. 1. lib. 4. Michael Craſſi in §. teſtamentum nu. 4. ſed controuerſia eſt in filiis primi gradus de quo, & in fine huius q. erit dicendum. tradunt Decius conſ. 81. guido pap. decis. 51. Mantua. conſ. 103. Alex. conſ. 105. libr. 5. abba. conſ. 17. num. 6.

Sed quæro an expreſſe debeat prohiberi, an vero ſufficiat equipollenter fieri. reſpond. diuerſæ ſunt DD. ſententiæ, quibuſdam
2 exiſtimationibus neceſſariam eſſe expreſſionem ſpecificam, ſingularem nec ſufficere generalem aut coniecturas quod voluit Ang. §. ſi vero expreſſim auth. de hered. &
* falcid. & hanc communem* opin. dicit Crot. in l. nemo poteſt ff. de legatis 1. Bert. conſ. 85. volum. 2. & conſ. 144. volum. 3. aliis vero contra ſentientibus, nimirum ſufficere ſaltē verbis generalibus tre-
3 bellianicam eſſe prohibitam: quam ſententiam docet Bar. in l. centurio num. 27. ff. de vulg. & pup. & eam
* dicit magis communem* & verio-
* rem ibi Galia. num. 88. communem* quoque dicit Paris. conſ. 9. numer. 9. & ſeq. volum. 3. magis
* communem* conſ. 21. num. 35. eod. volum. & hanc tanquam ma-
* gis communem* eſſe tenendam dicit Anto. Gabr. Rom. com. concl. lib. 4. concl. 2. tit. ad Trebel. Franc. Mant. de coniect. vlt. volum. lib. 7. tit. 12. & ab hac non recedas,
4 quia expreſſe dicitur fieri, modo voluntas diſponentis colligatur et ex verbis generalibus vt tradit Bar. l. 1. ff. de vulg. quem omnes ſequuntur, vt inquit Gal. d. l. centurio, num. 401. Hinc ſi teſtator iubeat reſtitui hereditatem ſine om-
5 ni diminutione, indubitanter cenſetur prohibita trebellianica, ita tenet Bald. l. precibus C. de impub.
* & aliis ſubſt. & hanc dicit communem* opinionem gal. d. l. cen-
* turio. nu. 399. communem* quoq; dicit Paris. conſ. 21. volum. 3. conſ. 9. num. 9. & ſeq. volu. eod. magis
* communem* & ab ea non eſſe recedendum dicit Alc. conſ. 66. nu. 33. volu. 9. & neminem diſentire ab iſta opinione dicit Aim. Crau. conſ. 174. num. 1. & indubitanter procedere aſſerit Gabr. Roma. d. tit. ad Trebel. Conc. 7. Mant. d.
6 tit. num. 16. Similiter ſi teſtator dixerit volo totam hereditatem meā peruenire ad Caium poſt mortem filij mei, trebellianicam prohibuiſ-

ſe

ſe cenſetur ita tenet gl. l. decem ff.
de fideic. libert. & ſequuntur DD.
magis cōmuniter * vt teſtatur Gal.
d. l. cent. num. 399. ibi Rip. num.
130. communem * quoque dicit
Alex. conſ. 201. num. 15. volum.
6. & ab ea non eſſe recedendum
iudicando Alcia. conſ. 97. num. 3.
lib. 9. communem * quoque dicit
Tiraq. rep. l. ſi vnquam, verb. to-
tum numer. 1. verſ. ſimiliter C. de
reuoc. donat. communem * dicit
Anto. Gabr. d. concl. 6. nu. 6. quic-
quid dixerit de contraria commu-
ni* Ctot. d. leg. nemo poteſt ff. de
lega. 2. hanc communem* nouiſſi-
me profitetur Mant. d. tit. num. 14.
Quod procedit in diſtinctè ſiue
hoc verbum totam, adiiciatur ver-
7 bo executiuo, ſiue diſpoſitiuo hanc
dicit magis communem* opin. Rui.
conſ. 148. num. 6. volum. 5. licet
alias contrarium teneat ſed hęc te-
nenda eſt, & quod DD. non con-
ſtituant in hoc aliquam differētiam
fatetur mant. d. loco num. 14. infi.
8 Idem ſi teſtator iuſſerit integram
hereditatem reſtitui vel integrali-
ter, quoniam expreſſim prohibuiſ-
ſe videtur ita tenet Alex. d. l. cent.
& ibi magis communem* & verio-
rem dicit ſententiam Gal. numer.
399. Paris. conſ. 39. volu. 2. Ruin.
conſ. 47. volum. 2. Alciat. conſil.
66. nume. 13. lib. 9. communem*
quoque dicit Io. dilect. de arte te-
ſtandi ſubſt. caut. 131. nu. 3. Anto.
Gabr. Rom. d. tit. ad Trebell. concl.
5. quod procedit quidem ſine du-
bio, quando ſimul iuncta ſunt, to-
tam, & integram, vel ſi dixerit te-
ſtator reſtituas, & integra bona li-
9 bere, vt teſtatur Soc. Iun. conſ. 113.
num. 57. volum. 1. Anto. Gabr. d.
concl. 5. num 4. Sed oritur maxi-
10 mum dubium quando teſtator iuſ-
ſit omnia bona reſtitui nunquid
trebellianica prohibita cenſeatur,
reſpond. in hac q. ab interpretibus
in diuerſas ſententias itum eſt, Bar.
enim d. l. cent. exiſtimauit prohi-
bitam eſſe trebellianicam, & reti-
neri non poſſe, & hanc voluit com
munem* eſſe opin. ibi Iaſ. Alc. conſ.
48 num. 1. & 5. lib. 9. ſed contra-
riam partem quod iſto caſu non
11 cenſeatur prohibita trebellianica
tenet Ang. auth. ſed cum teſtator
C. ad l. falcid. & ſequuntur omnes
qui in ſupradictis caſibus affirma-
tiuam, & communem* probant, vt
teſtatur Gal. d. l. centurio. & com-
munem* eſſe hanc ſententiam aſ-
ſerit Marc. Mant. conſ. 191. & ho-
die magis communem * dicit Ant.
Gabr. d. tit. ad trebell. concl. 5. nu.
1. Franc. Mant. d. tit. 17. quia talia
12 verba neceſſario non inferunt pro-
hibitionē detractionis cum poſſint
aliud importare, videlicet quod
perueniant bona cuiuſcunque ge-
neris ſint, non tamen integraliter,
ſed tamen Rip. d. l. centurion. 3 1.
dicit quod hanc ſententiam in iu-
dicando non auderet ſequi, quo-
niam huiuſmodi ſubtilitas, & ex-
quiſita differentia non eſt nota te-
ſtatoribus, & notariis litterarum
vt plurimum præſertim ciuilium
13 ignaris ſed Rota Romana prædi-

ctam

ctam opinionem negatiuam tenuit
vt teſtatur Puc. Dec. 439. lib. 2.
Quæro propterea, quid ſi teſtator
rogauit heredem vt pleno iure re-
ſtituat hereditatem, nunquid cen-
ſeatur trebellianica eſſe prohibita,
reſpon. variatum fuit quoque hoc
14 caſu, affirmatiuam enim ſenten-
tiam, quod nempe huiuſmodi ver
ba inducant trebellianicæ prohibi-
tionem, amplexus eſt conſulendo
Alex. conſ. 201. volum. 2. num. 6.
& dicit communem* opin. Guid.
pap conſ. 537. num. 2. negatiuam
15 vero ſententiam, quod talia verba
non impediant detractionem tre-
bellianicæ tenet Paul. de Caſtr. d.
auth. ſed cum teſtator, & hanc di-
cit cõmunem * opin. Bened. Capr.
conſ. 83. num. 9. & ſeq. & conſil.
36. num. 9. Rom. conſ. 239. num.
3. & ſubdit ſe bis obtinuiſſe in ci-
uitate Florentiæ, communem di-
cit Bertr. & ab ea in iudicando, &
conſulendo non eſſe recedendum
aſſerit conſ. 37 num. 1. & 2. volu.
1. Ruin. conſ. 163. num. 21. com-
munem quoque dicit Ioan. Dilect.
de arte teſt. tit. de ſubſt. caut. 31.
num. 3. communem dicit Anto.
Gabr. d. tit. concl. 4. num. 1, Mant.
d. lib. 7. tit. 11. num. 18. frequentio-
ri calculo receptam profitetur: poſ
ſunt enim iſta verba alium habere
16 intellectum nimirum reſpectu do
minii pleni, vel etiam proprietatis,
vel vſusfructus, intelligitur tamen
hęc concluſio negatiua, vt proce-
dat; quando dictum eſt ſimplici-
ter bona debere reſtitui pleno iu-
re, ſecus ſi teſtator velit pleno iure
17 reſtitui, & omnia quidem bona
hanc diſtinctionem dicit commu-
nem* Grat. conſ. 103. numer. 14.
volum. 2. quem refert, & ſequitur
Anto. Gabr. d. concl. 4. numer. 2.
Mant. d. tit. num. 18. ad fi. Quæ-
ro item, quod ſi facta eſt prohibi-
tio alienationis nunquid trebellia-
18 nicam prohibuiſſe teſtator vide-
bitur, Reſpond. quod ſic ita tenet
Bal. auth. ſed in ea re. C. ad legem
falcid. & hanc ſentẽtiam dicit eſſe
communem* Patis. conſ. 126. nu.
34. & ſeq. volum. 1. conſ. 17. num.
50. conſ. 51. num. 12. volum. 3. &
quod non habeat contradictorem
dicit Ruin. conſ. 115. numer. 25.
volum. 3. communem* dicit Anto.
Gabr. d. concl. 9. numer. 2. Franc.
Burſa. conſ. 13. num. 42. volum. 1.
vbi loquitur tantum in caſu alie-
nationis communem* quoque pro
fitetur Mant. d. tit. 12. numer. 19.
licet contrariam partem veriorem
affirmet, & videtur ſatis equa, &
ab ea non eſſet recedendum ma-
xime ſi apparere poſſet, quod velit
teſtator bona in familia permane-
re, & prædicta non habent dubiũ
in extraneis, ſed tamen non proce-
19 dunt in liberis primi gradus ſecun
dum magis communem* quoniã
in eis non poteſt prohiberi trebel-
lianicæ detractio, vt teſtatur Burſ.
d. conſ. 13. numer. 44. Anto. Gabr.
concl. 1. ad Trebell. idem Burſat.
conſ. 337. nume. 57. lib. 3. & 225.
num. 78. eodem libro.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Legitima poſt patris mortem pleno iure filiis debetur.
2 Legitima filiorum debet eſſe in vſufructu, & proprietate ſimul.
3 Legitima eſſe debet abſque vllo grauamine.
4 Legitimę apponi non poteſt fideicommiſſum.
5 Fideicommiſſum eſt onus.
6 Legitima grauari non poteſt etiam poſt mortem filij.
7 Legitima grauari non poteſt fideicommiſſo etiam reciproco & nu. 26.
8 Legitimæ filij defuncti in pupillari ætate fideicommiſſum ab heredibus filij, vel a pupillariter ſubſtituto apponi poteſt.
9 Pubertate filij extinguitur fideicommiſſum, quo ad legitimam.
10 Pater non poteſt interuertere ſucceſſionem filij puberis in legitima.
11 Legitima filij recipit pupillarem ſubſtitutionem.
12 Mater non ſubſtituit pupillariter filio.
13 Legitimæ filiorum apponi non poteſt vulgaris ſubſtitutio ſecundum quoſdam.
14 Legitima filij ſi non ſit integre relicta, & grauamen fuerit appoſitum, reiicitur grauamen, & datur ſuppletio.
15 Legitima an recipiat conditionem poteſtatiuam.
16 Legitima relicta filio cum conditione ſi voluerit, reiicitur conditio.
17 Conditio ſi voluerit in filio non remouet ſuitatem nec impedit tranſmiſſionem.
18 Legitima admittit grauamen vel conditionem ſi ſit ad fauorem filij.
19 Lex quoniam C. de inoff. teſt. non corrigit l. matrem C. eo.
20 Exheredatio filij ſine cauſſa ad cōmodum filij facta non vitiat teſtamentum.
21 Alienatio legitimæ perpetuo a patre probiberi non poteſt niſi ſit ad fauorem filij.
22 Prohibitio alienationis vſque ad 25. annum valet.
23 Conditio inſtitutionis filij ſi emancipetur non reiicitur.
24 Lex filiis matrem C. de inoff. teſt. non corrigitur per l. quoniam C. eo.
25 Conditio in inſtitutione filij poſita a matre ne patri vſufructus quæratur non reiicitur a legitima.
26 Fideicommiſſum a reciprocum non reiicitur a legitima.
27 Legitima non reiicit grauamen reſtitutionis piæ cauſſæ.
28 Legitima non recipit grauamen etiam de conſenſu filij in teſtamento patris.
29 Filius ſi conſenſerit, & iurauerit non reiicit grauamen in legitima appoſitum.
30 Legitima reiicit conditionem compenſationis debiti patris.
31 Grauamen inſtitutioni filij appoſitum licet reiiciatur a legitima tamen vltra legitimam effectum habet.
32 Vſufructus bonorum alteri relictus

debetur detracta rata legitime filij.

33 *Filia vltra legitimam grauari poteſt in dote reſtituenda.*

34 *Legitima reiicit grauamen etiam quando dubium eſt ſi ſit ad commodum filij.*

35 *Legitima grauari poteſt quando teſtator neptem dotauit.*

36 *Legitima fauore cippi, & agnationis prohiberi poteſt.*

37 *Filia dotata ſtante ſtatuto quod aliud non petat non poteſt petere legitimam.*

QVÆSTIO DECIMAOCTAVA.

An legitima prohiberi poſſit.

Decimooctauo principa-
liter quæro quia vulga-
1 tum eſt, legitimam poſt
mortem patris pleno iu
re deberi tex. in auth. nouiſſima C.
2 de inoff. teſt. ideoque nec in pro-
prietate ſola nec ſolo vſufructu, ſed
in proprietate cũ vſufructu ſimul
relinqui debet Roder. Suarez ad l.
quoniam in prioribus C. de inoff.
teſtam. nu. 1. Decius conſ. 34. num.
3 19. an onus vel grauamen ali-
quod in legitima per patrem ap-
poni poſſit, reſpond. quod non,
alias ſi relicta ſit legitima cum gra-
uamine, illud ipſo iure tollitur, &
reiicitur, & valet ac ſi appoſitum
non eſſet ita eſt tex. l. quoniam in
prioribus C. de inoffi. teſt. vbi Alfa-
nus adducit plures concordantes
* num. 422. & eſt communis* opi-
nio, vt fatetur add. ad Bart. conſ.
15. verb. legitima, Anto. Gomez.
4 C. 11. num. 24. tom. 1. Sed quid
in fideicommiſſo, nunquid illud
etiam poterit imponi legitimæ fi-
lijs. reſpondeo quod nõ, ſed ſi quid
illi pater imponat illud pro non ad
iecto habebitur ita tenet glo. d. l.
quoniam in prioribus quam ſequi
tur Bar. & omnes DD. ibi eſtque
* communis* opin. vt teſtatur Iaſ. d.
auth. nouiſſima num. 43. & non
* tantum communem*, ſed indiffe-
renter receptam laudat Roder.
Suarez. d. l. quoniam limit. 1. ſub
num. 13. Fern. Vaſq. de ſucceſſ.
Creat. §. 10. num. 418. quia fidei-
5 commiſſum onus eſt, ex quo per
illud non ſucceditur pupillo, & le-
gitima debetur ex prouidentia le-
gis, non teſtatoris; ideoque grauari
non poteſt quicquid dixerit Marz.
de fideicom parte 2. & hoc proce-
dit etiam, quod tota hereditas ſit
6 grauata, & heres inſtitutus ſit he-
res vniuerſalis ſupra legitimam, &
grauatus, vt poſt mortem ſuam ſi
ſine liberis deceſſerit, reſtituat al-
teri omnia bona, namque tunc
quoque reiicitur illud grauamen
reſpectu legitimæ, & legitima per-
tinet heredibus ſuis, & ſucceſſori-
bus etiam extraneis ita tenet Old.
d. l. quoniam, & cum eo tranſeunt
ceteri DD. vt teſtatur Ant. Gomez.
var. reſol. tom. 1. c. 11. num. 25. &
* eſt cõmunis* opin. vt teſtatur Soc.
conſ. 199. num. 3. volum. 1. Paris.
conſ. 27. volu. 3. Maud. ad Rom.
conſ. 185. num. 2. verb. non ve-

niat

niat Paris. conſ. 43. num. 36. Fran.
Buſa. conſ. 91. volum. 1. num. 11.
7 Item procedit hoc ipsũ licet onus
ſiue grauamen fideicommiſſi ſit re
ciprocum, vt quia alteri ſit ſubſti-
tutus vt dicam infra, intellige ta-
men iſta vt locum habeant quan-
do filius non vult acceptare por-
tionem vltra legitimã; nam ſi vellet
acceptare deberet acceptare cum
illo onere, Gram. conſ. ciuili 145.
num. 2. & 3. Cepha. conſ. 16. nu.
* 56. volum. 1. de communi* Bero.
q. 87. num. 10. port. reg. 42. lim. 29.
Item procedunt quando fideicom
8 miſſum relictum eſt ab ipſo filio,
ſecus ſi relictum ſit ab heredibus
filij defuncti ab inteſtato in pupil-
lari ætate, vel a pupillariter ſubſti-
tuto quoniam tunc grauamen non
reiicitur, ſed manet firmum fidei-
commiſſum ita tenet Bard. l. ſi fund.
§. ſicuti per illum tex. ff. de leg. 1. &
* hanc communem * opin. nuncu-
pant Paul. de Caſt. Iaſ. Fernan. Be-
ren. d. l. in quartam art. 3. num. 290.
Ema. a Coſt. C. ſi pater verb. lega-
uit nume. 14. Roder. Suarez. d. l.
quoniam limit. 1. Fern. Vaſq. de
ſucceſſ. creat. §. 10. nu. 411. namq;
illud onus numquam incepit in vi-
ta filij, ſed demum poſtquam ipſe
mortuus fuit, vnde ex perſona filij
deducere non poteſt nec ex ſua,
quia ſibi non debetur legitima ex
bonis teſtatoris. Nota tamen quod
iſtud fideicommiſſum appoſitum
ſuccedentibus ab inteſtato expirat
9 aduemiente pubertate ipſius filij
licet alias regulariter fideicommiſ
ſaria ſubſtitutio duret poſt puber-
tatem tex. l. quod fideicommiſſum
ff. de leg. 1. & omnes tenẽt, vbi ſu-
pra, vt teſtatur Roder. Suarez. d.
lim. 1. num. 18. Anto. Cuchus auth.
nouiſſima, verſ. legitima nullum
grauamen admittit num. 13. ratio
eſt, quia quando pubes factus de-
10 ceſſiſſet eo caſu non potuiſſet pa-
ter inteſtati ſucceſſionem filij in-
teruetere, cumque non videantur
legitimi heredes a patre aliquid ac
cepiſſe, non potuerunt etiam ab eo
onerari, ſed. Tertio quæro quid in
pupillari ſubſtitutione nunquid a
11 legitima filij reiiciatur. Reſp. quod
non ita tenet DD. l. quoniam glo. &
Bart. l. ex tribus C. de inoffi. teſt.
* eſtque communis* opinio vt teſta-
tur Rod. Suarez. d. leg. quoniam
Fern. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10.
nu. 409. quia hæc ſubſtitutio non
onus ſeu grauamen, ſed potius cõ-
modum, & vtilitatem filiis indu-
12 cere videtur. Quod tamen nõ pro
cedit in matre; licet enim illa ſub
conditione ſi ad decimumquar-
tum annum peruenerit inſtitua-
tur eisque ſubſtituatur ſi ſibi heres
non erit tamen hodie illa condi-
tio reiicitur, ita tenet Bart. l. ſi ma-
* ter ff. de vulg. & eſt communis*
opinio, vt teſtatur Vaſq. d. §. 10.
num. 415. & ſeq. licet ipſe contra-
rium aſſerat Ema. a Coſt. d. §. &
13 quid ſi tantum pag. 20. Quæro 4.
quid in vulgari, nunquid illa ad-
mittatur in legitima an vt onus re-
iicietur. reſpond. diſſentiunt inter-
pretes quibuſdam exiſtimantibus

legitime filiorum apponi eam non poſſe, quam ſententiam originaliter tenet Iac. de Butr. l. ſi arrogator ff. de adopt. & eam eſſe communem * dicit Soc. leg. in conditionibus verſ. ſecundo ff. de condit. & demonſtr. Anto. Gomez. variar. reſol. tom. 1. cap. 11. numer. 18. quia in illa includitur conditio, ſi voluerit; quæ tollit ſuitatem conſequenter tranſmiſſionem, aliis vero contrarium ſentiētibus, quod probat Paul. de Caſt. l. ſi poſthumum §. quod vulgo ff. de lib. & poſthu. hanc dicit veram, & communem * eſſe opin. Fern. Vaſq. de ſucc. creat. §. 10. num. 421. neque enim iſte filius impeditur tranſmittere per talem ſubſtitutionem, cũ ius tranſmiſſionis ſit potentius ſub ſtitutione itaq; filius nullum grauamen vel læſionem patitur.

14 Quinto quæro quid ſi filio relictum ſit minus legitima, & ſub grauamine, & ita duplex onus legitimæ impoſitum ſit nunquid valebit relictum vt & ſuppletio fiat, & onus reiiciatur? reſpond. Alber. d. leg. quoniam putat non admitti, quod duo ſpetialia concurrant, ſed contrarium tenet ibi Paul. de Caſt. & eſt communis * opin. vt teſtatur Fern. Vaſq. d. §. 10. num. 286.

15 Sexto quæro quid in conditione poteſtatiua, nunquid de legitima reiicietur. reſpond. Bar. l. ſuus quoq; ff. de hered. inſt. tenet quod tunc reiicitur de legitima conditio poteſtatiua, quando per eam filius inſtitutus nimis grauatur; contrarium vero, quod licet facilis ſit cōditio poteſtatiua, tamen de legitima reiicitur, tenet glo. l. ſi pater C. de inſtit. & ſubſt. ff. de hered. inſt. & l. ſuus, eod. tit. hanc dicit eſſe communem * opin. Imol. d. l. ſuus in prin. & l. fin. num. 12. ff. condit. inſt. communem * dicit Corn. d. l. ſi pater, & quod d. glo. totus mundus * ſequitur dicit Rod. Suarez. d. l. quoniam in prioribus ampl. 5. & d. glo. communiter * approbatam dicunt Alex. Dec. & Iaſ. d. l. ſi pater communē * quoq; laudat Anto. Gomez. var. reſol. tom. 1. c. 11. n u. 29. Fern. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. num. 214. & ſeq.

Et hoc quidem de plano procedit in conditione poteſtatiua quæ conſiſtit in dando, vel ſimili, per quam legitima læderetur vel ea minueretur, ſed quid ſi inſtituatur in legitima ſub conditione ſi

16 voluerit nunquid ea reiicietur? reſpond. quod ſic ita tenet Bald. l. omnimodo C. de inoffi. teſtam. & hanc opinionem tamquam tutiorem ſequendam dicit Imol. l. Iam dubitari ff. de hered. iuſtit. communem dicit Anto. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 11. num. 30. vbi latiſsime examinat; dicit tamen in puncto iuris contrariam veriorem communem * eſſe opin. teſtatur Alcia. l. si filius num. 48. ff. de vulg. licet ipſe contrarium probet Ema. a Coſt. d. c. ſi pater verb. Trebell. num. 4. Franc. Burſ. conſ. 92. num. 10. volu. 1. & ex communi * reſoluit Rod. Suarez. d. leg. quoniam ampl.

* ampl. 5. num 3. communem* dicit
Fern. Vaſq. d. §. 10. num. 227. idq;
vt in ea non ſubmoueat exiſtentiā
ſui heredis, nec impediat tranſmiſ
17 ſionem, quod omnes probant quā
uis contrarium teneat Guald. tit.
* de liber. inſt. dicens hanc eſſe com
munem opin. caut. 1. ſed quid ſi
grauamen vel conditio eſſet appo-
ſita in fauorem ipſius filij, & com-
modum, nunquid reiicietur? reſp.
18 quod non immo valet, & obſer-
uanda eſt ita tenet gl. d. l. quoniam
ver. tollitur, & eam approbant Bal.
& fere omnes, vt teſtatur Roder.
Suarez ibi limit. 1. num. 1. hanc di-
cit magis communem Alex. l. mu-
lier ff. ad Trebell. Anto. Gom. va-
riarum reſol. tom. 1. cap. 11. nu.
27. magis communem dicit Alex.
l. cum ex filio ff. de vulg. dum di-
cit l. filius matrem C. de inoffi. te-
19 ſtam. non eſſe correctam Anto.
Gabr. tit. de leg. concl. 1. num. 20.
* & ita cōmuniter* teneri dicit Fern.
Vaſq. in prefat. lib. 1. de ſucc. progr.
num. 12. Ideoq; licet exhereda-
tio filij facta ſine iuſta cauſſa vitiet
patris teſtamentum tamen ſi fie-
20 rit ob vtilitatem, & commodum
exheredati non nocet teſtam. tex. l.
multi ff. de liber. & poſthu. & hoc
procedit etiam hodie, vt tenet Bar.
* & ſequuntur DD. communiter* d.
l. cum filio, & receptam eſſe opi-
nionem refert Rod. Suarez. d. l. quo
niam limit. 1. Iaſ. leg. filiis matrem
Eman. a Coſt. d. l. gallus §. & quid
ſi tantum ff. de lib. & poſth. pag. 15
& 21. Fern. Vaſq. d. præfat. num.
13. infertur 2. quod licet pater fi-
21 lium prohibere non poſſit legiti-
* mam alienare perpetuo, vt eſt com
munis opinio teſte Arclata. ad Al-
cia. tract. de præſup. reg. 1. præ-
ſumpt. 2. num. 3. tamen permiſſa
eſt talis alienationis prohibitio fa-
cta in fauorem, & commodum fi-
lij, vt ad certum tempus ætatis du-
ret puta quouſque ad vigeſimum
quintum annum peruenerit, non
poſſit alienare legitimā ſuam, quia
cognouit filium minus induſtrio-
ſum, & male res ſuas adminiſtran-
22 tem ita tenet Bart. l. cum ex filio,
* & hanc dicit eſſe cōmunem * opi.
Dec. conſ. 442. num. 29. Boer. dec.
87. num. 5. Ioan. Dilect. de arte
Teſtand. tit. de variis teſta. præcep.
concl. 2. num. 4. Anto. Gabr. Rom.
concl. 6. tit. de leg. num. num. 21.
* hanc quoq; dicit commnnem* Ill.
Alban. in lucubrat. ſuis ad Barr. d. l.
quoniam in prioribus num. 4. &
hanc magis communem videri di
dicit Arelat. d. præſumpt. 2. in ad-
23 dit: infertur tertio quod ſi pater-
timens prodigalitatem, filium in-
ſtituat ſub conditione ſi eum emā-
ciparit, talem conditionem non re
moueri ex quo ad commodum, &
fauorem filij appoſita eſt, ita tenet
glo. l. filiis matrem C. de inoffi. te-
* ſtam. & eſt communis * recepta
D. D. ſententia vt teſtatur Roder.
Suarez. d. l. quoniam in prioribus
* limit. num. 5. vbi dicit magis com-
munem eſſe opin. hodie etiam per
24 d. l. quoniam non eſſe correctam
l. filiis matrem Anto. Gabr. Rom.
d. concl.

d. concl. 1. num. 20. Anto. Cuchus d. auth. nouiſſima rubr. legitima nullum grauamen admittit nu. 23. Fern. Vaſq. de ſucc. creat. §. 10. nu. 230. & ab hac opinione non recedas quicquid alij dixerint neque enim d. l. quoniam conditionem vel dilationem tollit in ipſius fauorem appoſitam, ſed tantum grauamen, & onus.

25 Infertur quarto quod ſi mater inſtituat filium ſub hac conditione, vel modo ne patri quæratur vſufructus rerum hereditariarũ quas filio reliquit, talis conditio ſiue prouiſio non tollitur etiam de legitima, ſed immo talis prohibitio valet in legitima etiam filio manente in poteſtate patris: ita tenet glo. auth. vt liceat matri, & auiæ, & hanc ſententiam ſequitur, & dicit * communiter teneri Salic. d. l. filiis ſubditq; ita tenuiſſe noſtros maio* res hanc quoq; dicit communem* opin. Fern. Vaſq. de ſucc. creat. § 10. num. 234. & ab ea non eſt recedendum quicquid dixerit Bar. d. auth. excipitur, & Rod. Suarez, d. limit. 1. qui dicit ita fuiſſe pronuntiatum, quoniam illa prohibitio non eſt onus, ſed emolumentum, & commodum ſicq; prodeſt filio. Infertur item, quod cum ex fideicommiſſi euentu filius poſſit ſperare commodum, quando eſt

26 reciprocum tale fideicommiſſum non reiicitur de legitima quod voluit Azo. in Summa de inoffi. teſta. & pleriq; ſequuntur, ſed tamen * communis* opinio eſt in contrariũ quod reiiciatur ita tenet gl. l. ſi pater puellæ C. de inoffi. teſtam. & ſequitur Bart. dicens ita ſeruari de conſuetudine, & hanc eſſe puram * veritatem: firmat ibi Bal. communem* opin. aſſerit Rod. Suarez. d. l. quoniam in prioribus ampliat. 6. nu. 5. & ibi addit. Anto. Gabr. Rom. comm. concl. lib. 6. de legitima. nu. 6. ex quo enim commodum eſt incertum non poteſt dici niſi quod ſit onus reſpectu futuri euẽtus. Se-

27 ptimo quæro, quid ſi filius grauatus ſit hereditatẽ reſtituere piæ cauſſę nunquid in legitima poſſit grauari, reſpon. quod non ita conſulit Alex. conſ. 45. num 7. volu. 1. & hoc veriſſimum, & receptiſſimum dicit Ema. a Coſta. d. cap. ſi pater verb. Trebell. num. 7. quia in legitima magis filio quam pię cauſſę faciendum eſt.

Quæro octauo quid ſi filius in teſtamento patris conſenſerit in quo legitima cum grauamine ei relicta eſt, nunquid reiiciatur graua-

28 men, & filius ſine eo legitimam conſequatur. reſp. quod ſic ita tenet Gulie. de Cun. l. ſi quando §. & generaliter Petr. de Anch. conſil. * 152. & communem* dicit eſſe opi. Gabr. d. concl. 1. num. 7. ex magis * communi* refert. Rol. a Valle. conſ. 26. num. 23. volum. 3. Franc. Burſ. * conſ. 92. num. 10. communem* & veram dicit Fern. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 10. nu. 254. Anto. Cuchus d. auth. nouiſſima rub. legitima nullum grauamen admittit num. 12. generalis enim approbatio filio nõ oberit,

obeſt, quin ſine onere legitimam deducere poſſit, quod procedit etiam ſi iuramentum acceſſerit ita
* dicit communem* opin. Rom. l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. ſed contrarium in hoc de iuramento
* voluit dec. conſ. 26. & hanc communem* dicit Rip. conſ. 6. num. 13. Anto. Gabr. d. concl. 1. numer. 7. Anto. Cuchus d. rubr. num. 12.

Quæro nunc si pater inſtituat filium in ſua legitima hac tamen lege, & conditione, vt cum legitima vel in eius parte debitum quo pater ei obligatus eſt compenſetur nunquid illud onus reiiciatur ita, vt filius integram legitimam conſequatur, & debitum præterea a co heredibus petere poſsit. reſp. quod
30 sic ita tenet Bal. l. 2. C. de iur. Dot. & hoc dicit apud ſe ſemper fuiſſe indubitatũ etiam, & si filius agnouiſset iudicium defuncti Roderic. Suarez. d. l. quoniam ampl. 7. num.
* 2. & hanc eſſe communem * opin. aſserit Fernan. Vaſq. de ſucc. crear. §. 10. num. 249. neq; contrarium voluit Bart. vti allegatur in l. quod de bonis §. cum fideico. ff. ad leg. falc. quia tantum dicit quod si pater iuſsit compenſari tunc videatur voluiſse, vt compenſaretur non ſolum cum eo, quod vltra legitimam reliquit, ſed etiam cum ipſa legitima, an autem id potuerit pater non aperit.
41 Quid vero si filius sit inſtitutus, non in ſola legitima, ſed etiam vltra, nunquid quo ad legitimam reiicietur grauamen, an vero cum grauamine temporis vel conditionis compenſabitur, id quod habet vltra legitimam. reſpon. quod immo de legitima reiicitur grauamẽ in residuo vero obſeruatur ita eſt tex. in l. ſcimus d. §. cum autẽ C. de inoffi. teſtam. & per illum tex. tenent ita omnes DD. vt dicit Vaſq. d. §. 10. nume. 244. vnde etiam ſi relictus ſit vſuſfructus omnium bonorum tamen pro rata legitimæ ta-
32 lis vſusfructus ceſsat ita tenet Ale.
* conſ. 28. volum. 4. & eſt communis opin. vt teſtatur Soc. conſ. 107. num. 7. vbi ſubdit ita fuiſse iudicatum volu. 1. Anto. Gabr. d. concl. 1. num. 5. quinimmo etiam ſi pater
33 inſtituat filiam in dote, poterit eã grauare, vt ſi decedat ſine liberis, reſtituat poſt mortem, quod habet in dote vltra legitimam tex. l. fin. §. fideicõmiſsum ff. de leg. 2. per quẽ tex. ad hoc exclamant, vt aſserit Rod. Suarez. d. l. quoniam in prioribus, ampl. 6. num. 2. quia dos imputatur filiæ fam. in legitimam vnde perinde habetur ac ſi in vltima voluntate relinqueretur, neq; enim dos ſola pro concurrenti quantitate, ſed quoq; in eo quod eſt vltra legitimam profectum eſt ex neceſsitate, non autem animo donandi, vnde datio dotis non eſt perfecta donatio cum ex neceſsitate proficiſcatur.
34 Decimo quæro quid ſi dubium ſit, an prouiſio paterna vel diſpoſitio inducat onus, & grauamen filio in legitima an vero commodum, & vtilitatem, an reiicietur de legitima,

tima. reſpond. quod ſic ita tenet Bart. l. filiis matrem C. de inoffi. teſtam. hanc dicit communem* opin. Paul. de Caſtr.d. l.ſi pater C. de inoffi. teſtam.& communiorē* firmat eſſe opin. idem limit. 14. magis Fernan. Vaſq. de ſucc. creat. §. 10. num. 250. faciunt quæ dixi infra in 2. parte, nota tamen caſum in quo poteſt grauari legitima qui
35 eſt quando auus filiam heredis dotauerat; ille enim tunc poteſt legitimam filij grauare Grat. conſ. 119. num. 66. vol. 2. Pott. de regul. reg. 42. limit. 28. & generaliter ad hanc
36 materiam legitimæ attendi debet ad quem finem, & qua intentione prohibeatur detractio: ſi enim fauore cippi, & agnationis prohibeatur facilius habet effectum prohibitio detractionis legitimæ Ioan. Dilect. de arte teſt. caut. 31. num. 6. ad finem Dec. conſ. 405. num. 28. Natta. conſ. 321. num. 8. & 9. vol. 2. vltimo limitatur regula ſupra firmata quod legitimæ detractio prohiberi non poſſit, vt non
37 procedat ſtante ſtatuto, vt eſt in hac ciuitate Ianuæ, quod filia dotata ſtantibus maſculis non ſuccedat, & non poſſit aliud petere, quod ſtatutum eſt libr. 4. Ciuili cap. 17. ſub rub. de femina tradita in matrimonium ſecundum magis communem* opinionem de qua Crau. conſ. 11. num. 13. Ioan. Cef. conſ. 5. num. 42. & 43. volum. 1. immo ſtante dicta prohibitione aliquid petendi non poſſe, non eſt apud DD. controuerſia ceſſare etiā ſupplementum legitimę Rui. conſ. 56. num. 2. & 4. verſ. & tenendo illo caſu num. 9. & ſeq. pręſertim nu. 10. verſ. & maxime prædicta volu. 5. Soc. Iun. conſ. 25. num. 10. pariter & ſeq. præcipue nume. 25. verſ. ſed quicquid volum. 1. ſed an hæc limitatio ſit recipienda in hac ciuitate dicam in vltima q. huius primæ partis in fine.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio legis nec etiam iuramento tollitur.*

2 *Prohibitio legis alienandi per contractum continet etiam donationem.*

3 *Alienatio a lege prohibita comprehendit etiam pactum de alienando.*

4 *Pactum de alienando operatur quo ad alienationem deuenitur.*

5 *Prohibitio alienandi facta per ſtatutum non comprehendit pactum de alienando.*

6 *Prohibitio legis non comprehendit alienationem factam in non ſubditum.*

7 *Alienatio rei particularis prohibitæ ſi fiat cum vniuerſitate rerum non prohibitarum valet.*

8 *Prohibitio legis non comprehendit alienationem nullam, & ciuitati vtilem.*

9 *Alienatio partim ſubdito, & partim non ſubdito facta valet ratione mixturæ.*

10 *Alienatio a lege prohibita non cōtinet*

tinet locationem ad longum tempus.

11 *Alienatio abſque traditione non comprehenditur in prohibitione legis.*

12 *Alienatio ficta non continetur ſub legis prohibitione.*

13 *Verba vniuerſalia legis vel ſtatutis prohibentis alienationem comprehendunt alienationem tam ex teſtamento quam ab inteſtato.*

QVÆSTIO DECIMANONA.

De lege prohibente.

DEcimonono quæro quando a lege prohibetur alienatio quid cenſeatur prohibitum cuius legis prohibitio tanti
1 ſit vt nec iuramento tolli poſſit Burſ.conſ. 338.num.41. lib. 3. & dic quod quando alienatio a lege per contractum fieri prohibetur cenſetur etiam prohibita donatio
2 vt voluit Galia. in conſuetudine Alex.in verb.legare q.3.num.132. & quando à lege prohibetur alienatio cenſetur etiam prohibitum
3 pactum de alienãdo, vt notat. Rui. conſ. 145. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retract. lign.§. 1.glo.2. num. 32. & ratio eſt quia per tale pactum, ad
4 alienationem deuenitur vt notat Tiraq. in tract. de ll. Connub. glo. 5. in verbo contratren. num. 136. Iaberten. ad ſtatu Mediol. glo 1. q. 92.num. 357. notatur in additionibus ad afflictum in conſtitu. regni rubr. 97. de pœna contumaciæ in verbo ſi quis libr. 1. Meno. conſil. 116.nu. 16.lib. 2.Ancha.q 39.Dec. conſ. 645. num.7. Corſetus in ver. ſtatutum Gab. de præſumptionibus concl. 7. num. 11. qui putant non procedere in ſtatutis non habentibus verba prægnantia nec in pœnalibus, ſed quoties adeſſent verba prægnantia ante legis prohibitionem vel eius publicationem per ea quæ voluit Plot. conſ. 29. num. 12.qui alegat Soc.Senior.conſ. 27. Betreta conſ. 121.num. 3.nec crederen hanc prohibitionem proce-
6 dere in alienatione facta in nõ ſubditum per ea quæ notat Alex.conſ. 123.nume. 2. & 3.lib. 4. Tiraq.de retr. lig.§. 1.glo.9. num. 166.Hipol. Bonacoſſa q. crim. in verbo ſtatutum Plot.d.conſ. 29.num.30. cum autem prohibetur alienatio ſi fiat
7 alicuius rei particularis cum vniuerſitate non prohibita alienari tenet alienatio gl. in l. vnica C.ne liceat habitare metro. li 11. Fulgoſ. conſ. 215.num. 3. Ruin. conſ. 139. num. 17. lib. 5. pro quorum intelligentia faciũt notata per Silua.conſ. 25.num.17.lib. 1 per Cror. in l. filius fam.§.diui.num.71.ff. de legat. 1. Ioan. Anibal. in. l. naturaliter §. nihil commune nu. 228.ff.de Acq. poſſeſſ.Tiraq. de retractu lignaper. §. 26.glo. 1.num.26. Soc.Iun. conſ. 163.num. 24. volu.2.Cepha. conſ. 43. num. 20.lib. 1.& conſ.64.Riminal. Iun.conſ. 15. num. 63 lib. 1. & eſt ſecundum mentem Alc. in conſ. 158. num.6.pariter non procedit in alienatione nulla nec etiã

E in

in damnoſa, & inutili non ſubdito,
& ciuitati vtili vt per Plot. d. conſ.
19. num. 108. idem Galia. conſuet.
Alexandriæ in verſ. legare q. 4. nu.
28. & tenuit Crotus in d. leg. filius
fam. §. diui. num. 78. quod ratione
9 mixturę ſi fiat alienatio ſubdito, &
non ſubdito prohibitio non obſtet;
quod confirmauit Plot. conſ. 28. &
19. voluitq; notabiliter Alber. in 2.
parte ſtatutorum num. 4. verſ. & an
habeat prohibitio locum in diui-
ſione inter fratres, quorum alter ſit
clericus, alter ſit laicus, & ratio eſt
quia mixtura aſſumit naturā illius
ſimplicis quod eſt fauorabile Iaſ. in
l. 2. num. 5. de verb. oblig. Hinc eſt
quod ſi latæ fuerint duæ ſententiæ
conformes ſimul, quarum vna ap-
pellationē reſpuit, & alia admittit
ab vnaquaque dabitur appellatio
Bal. conſ. 141. lib. 1. Cotta. in verſic.
mixtum, & nunc quondam Re-
uerendiſs. Antiſtes, & Eccellentiſs.
I. C. Ceſar Contar. in l. vnica C. ſi
de momenta poſſeſs. fuerit appel-
latum in limita. ratione mixturæ
num. 26. qui Reuerendiſs. cuius
animam placeat Deo Opt. Max.
vocare ad cælum fecit repetitionē
ad l. diffamari C. de ingenu. & ma-
numi. & multa alia quę propter
eius mortem imprimi non potue-
runt profecto impreſſione digna,
ſed minime erit prohibita locatio
10 ad modicum tempus, ſed per de-
cem annos ſic quia reputatur alie-
natio affliç. ad conſtitutionē regni.
de reuoc. alienat. num. 63. Peruſi.
deci. 85. num. 3. Sed quæro ſi fiat
alienatio abſq; traditione, quę non
11 eſt perfecta alienatio, & clariſſimū
eſt quod nec prohibitio procedit
Rip. conſ. 2. lib. 1. Alcia conſ. 126.
lib. 2. & conſ. 439. & conſ. 326. &
conſ. 33. Tiraq. de retractu Ligna-
gier §. 1. glo. 2. nu. 44. Soc. Iun. conſ.
3. num. 19. lib. 3. Deciſ. Peruſ. 85.
Didac. varia. reſol. lib. 2. cap. 16. Bo-
na. coſſa in q. crim. in verb. vendi-
tori, Sed nunc quæro quid erit ſi
12 ficte alienetur, & dicas, quod nec
prohibitio valebit per ea quæ no-
tat Guido Papa quæſt. 101. Alcia.
conſ. 179. & 733. Tiraq. de conſti-
tuto limit. 26. Clar. in §. emphiteo-
ſis quæſt. 13. & tandem dic quod
quando a lege vel a ſtatuto prohi-
14 betur alienatio per verba vniuer-
ſalia quouis modo, & quocunque
titulo cenſetur prohibita tam ab
inteſtato, quam ex teſtamento alie-
* natio ex communi* relata per Burſ.
conſ. 37. nu. 3. lib. 1. & conſ. 51. nu.
3. vbi de prohibita extra certum
genus perſonarum conſ. 32. num.
20. & 37. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *ALienationem neceſſariam lex*
non poteſt prohibere.
2 *Prohibitio legis non comprehendit*
alienationem cū clauſula ſi Prin-
ceps voluerit.

QVÆSTIO XX.

De lege prohibente alienationem neceſſariam.

Vigeſimo quæro an poterit lex prohibere alienationem neceſſariam dic quod non per ea quę notat Rimina.
1 Senior.conſ.244.num.16.lib.2.&
* notatur in 1.lib.communi* opinionum in verbo alienatione prohibita, omiſſis vero aliis multis quæ in tali caſu dici poſſent quibus recurrendum eſt ad DD. in d.§.diuidatur tamen in hoc cautela cupientibus facere aliquas alienationes in locis vbi per l. bonorum alienatio ſit prohibita quæ eſt quod in contractu apponatur hæc clauſula,
2 quod cenſeatur facta alienatio ſi princeps cenſuerit, & non aliter quæ cautela approbatur per Rip. cap 2. num.24. lib. 1.reſponſorum Plot. d. conſ. 19.num. 24.& 25.&
* eſt communis *. opi. vt per Burſat. cons.26.num.1.lib.1.limita.tamen vt in quæſt. præcedenti.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio facta per teſtatorem filiis adiecta conditione ſi ſine filiis deceſſerit comprehendit filios tantum.*

2 *Prohibitio facta nepotibus non extenditur ad pronepotes.*

3 *Prohibitio non egreditur perſonam nominatam niſi conſtet de coniecturata mente teſtatoris.*

QVÆSTIO XXI.

Prohibitio an extendatur.

Vigeſimo primo quęro ſi pater inſtituit filios heredes ſub hanc conditione quod ſi deceſſerint ſine filiis vult hereditatē Tirio peruenire,& prohibuit alienationem bonorum an ceſeantur prohibiti non ſolum filij ſed filij filiorum.reſp.quod tātummodo ad filios extenditur iſta pro
1 hibitio vt per glo.in §.nos igitur in auth.deſtitu.fideicom.ibiq; Bar.ab omnibus DD. approbatur Paris. conſ.31.num.27. lib.2.diciţq; eſſe
* communem* opin.Didac.variatur
* reſol.lib.1. cap. 5.num.4.eſt communis* vt per Burſa.conſ.13. num. 45.
2 lib. 1. & in iſto caſu ſi prohiberentur alienare nepotes teſtatoris non extenderetur ad pronepotes Burſ. d. conſ. nu. 24. & regulariter prohibitio non extenditur vltra perſonas expreſſas Paris. conſ. 73. num. 2. volum. 2. quod limita. quando
3 de coniectuŕata mente teſtatoris ſic volentis conſtet Bart. in l. pater filium ff. de leg. 3.Dec. conſ. 291.
* & eſt magis communis * opinio vt per Burſa. conſ. 64.num.22. lib. 1. & conſ. 15.num.18.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio perſonalis facta per teſtatorem ſi poſtea ſequantur verba quia volo, puod bona perpetuo maneant in familia extenditur ad nepotes.*

2 *Alienatio certę perſona probibita non extenditur.*

3 *Verba voluit bona ſemper permanere in familia faciunt quod in pręcedenti probibitione comprąhendantur etiam filiorum filij.*

QVÆSTIO XXII.

Probibitio vt bona in familia conſeruentur an extendatur.

Vigeſimoſecundo quæro ſi teſtator dixerit volo quod bona mea perpetuo in familia remaneant licet prius perſonaliter alienatio non prohibuerit an hæc prohibitio extenda-
1 tur etiam ad nepotes dic quod ſic DD. & percipue Bar. & Alex. ad l. filius fam. §. diui vbi recurrendum eſt pro habenda plena cognitione materiæ alienationis prohibite facit Paris. conſ. 32. lib. 1. Mando. ad Rom. conſ. 457. in verbo hæres Vilalob. in verb. alienat. vbi de communi* nume. 92. viui. lib. 2. communium* opi. reg. 108. in verbo exiſtentia Didac. variar. reſol. lib. 3 cap. 5. Burſa. conſ. 13. num. 5. & conſ. 17. nume. 13. Ceterum ſi proprio nomine pura Franc. & Io.
2 ſit per teſtatorem facta prohibitio nullo pacto extendetur, ſed cum perſona nominata remanebit extincta Dec. conſ. 13. num. 5. Tiraq. de retra. conuent. glo. 6. num. 24. §. 1. Vilalob. in verb. alienat. num. 93. Suarez. in eod. verb. num. 152. Burſa. d. conſ. 13. num. 21. ſi vero
3 teſtator alienationem prohibuit inſtitutis filiis, & voluit bona ſemper in familia permanere, tunc fideicommiſſum dicitur iniunctum etiam filiorum filiis, & hæc eſt opinio communis* relata per Paris. conſ. 67. num. 74. lib. 3. confirmata per Cepha. conſ. 114. num. 10. Mars. conſ. 4. num. 38.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio continetur in quocunq; fideicommiſſo.*

2 *Rerum ſuarmu quilibet eſt adminiſtrator.*

3 *Libertas inter cauſſas pias enumeratur.*

4 *Prohibitio alienationis tanquam contra libertatem eſt reſtringenda.*

QVÆSTIO XXIII.

Prohibitio an cenſeatur in omni fideicommiſſo.

Vigeſimotertio quęro an alienandi prohibitio cenſeatur in quocunq;

cunq; fideicommiſſo appoſita die quod ſic vt per Cepha. conſ. 164. nu.4. lib.4.& eſt communis * opinio vt ſupra probaui,& Buiſa. latæ conſ. 301. lib. 3.ideo cum ſit quaſi
2 contra naturalem libertatem quæ voluit omnes homines de rebus ſuis libere poſſe diſponere leg. non vſq; adeo ff. ſi quis a parente fuit manumiſſus cum ſimilibus,& omnis res,& perſona libera præſumatur niſi probetur contrarium Bald. conſ. 351. lib. 2. Paul. de Caſtr. conſ.8.num. 17. lib 1 Borg. decis. 44. num. 115.Decia.conſ.33.num. 50.Menoc. conſ. 75. num. 10. lib. 1. Crau. conſ. 3. num. 4. & libertas inter cauſſas pias enumeretur
3 Bar. in l. proxime de his quæ in teſtamento delentur ideo quantum fieri poterit erit iſta prohibitio re-
4 ſtringenda Alex. conſ. 59. lib. 3. Cur. Senior. conſ. 45. nu. 17. Soc. conſ.227. num. 8.lib.2. Dec. conſ. 95. & 378. Dilect. de arte teſtan. cautela 18. num. 3. Macabr. conſ. 85. num. 49.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando non valet.*

2 *Pactum de non alienando appoſitum ab habente ius ia re valet.*

QVÆSTIO XXIIII.

De pacto de non alienando.

Vigeſimo quarto quæro an pactum de non alienando rem va-
1 leat, & dic quod non Rip. ad l. filius fam. §. piui. num. 87. vbi Iaſ. de legatis 1.Boer. decis.49.num.4. Criſt. Caſtel. conſ. 58. lib. 1. inter conſilia vltimarum voluntatum,pa-
2 ctum tamen de non vendendo appoſitum ab eo qui habet ius in re tenet, & impedit venditionem & dominij tranſlationem Iaſ. ad l. ſi ita quis §. ea l. nume. 29. de verb. obligat. Soc. Iun.conſ. 129. nume. 4. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis non eſt ita fauorabilis, vt permiſſio.*

QVÆSTIO XXV.

De natura prohibitionis, & permiſſionis alienandi.

Vigeſimo quinto quæro an alienandi prohibitio ſit magis fauorabilis quam permiſſio, & reſpondeo quod permiſſio ſemper eſt magis fauo-
1 rabilis l. 1. ff. de fundo dotali vbi notatur, & in l. hac edictali §. ceterum C. de ſecundis nuptiis Bar. in l. ſi ita quis de verb. oblig. Tiraq. de iure primigeniorum q. 30. nu. 4. Riminal. Iun. conſ. 23. nume. 249.& ſequentibus lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio ſimplex non comprehendit neceſſariam alienationẽ.*

Quæ-

QVÆSTIO XXVI.

De ſimplici prohibitione quid comprehendat.

VIgeſimo ſexto quęro an ſimplex prohibitio comprehendat non ſolum voluntariam alienationem, ſed etiã neceſſariam; dic quod voluntatiam
1 tantum l.alienationes ff. fam. herc. l.1.ff. de fundo dot.Iaſ. in l. præſes C. de ſer.& aq. Crau. conſ.15. Benint decis. 15. Bart. & alij ad leg. Marcellus §.res quæ ff. ad Trebell.
* & eſt communis* opinio, vt per Burſat. conſ. 37. num. 10. lib.1.& conſ. 64.num.5. & conſ. 97.num. 14. niſi prohibitio fuerit facta per verba generalia.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio voluntaria non autem neceſſaria cenſetur prohibita.*

2 *Prohibitio alienationis geminata continet etiam neceſſariam alienationem.*

3 *Geminatio debet aliquid operari.*

4 *Fideicommiſſum inducitur quandoq; per geminationem verborum.*

5 *Geminatio prohibitionis operatur, quod nec etiam in caſu permiſſo valeat alienatio.*

QVÆSTIO XXVII.

De prohibitione verbis geminatis.

VIgeſimoſeptimo quęro cũ alienatione ſimpliciter prohibita,
1 non ſit prohibita neceſſaria, conſil. ſed voluntaria Riminen. 20. numer. 4. & conſil. 22. libr. 1. Macabr. conſ. 75. num. 26. & conſ. 76. num. 105. & conſ. 85. nume. 184. an ſi fuerit prohibita verbis geminatis comprehendatur etiam
2 neceſſaria dic quod ſic per Barba. in rub. de reb. eccl. non alienandis num. 62. per Rui. conſ. 98. nume. 11. lib. 2. per Cepha. conſ. 608. nu. 69. Bart. Roman. Alex. Aret. Dec. Soc. Cur. Rip. Alcia. & alij de quibus per Riminal. conſ. 20. lib. 1. vbi
* de communi Berreta. conſ. 125. nu. 3. geminatio enim debet aliquid
3 operari fel. in cap. 1. de reſcriptis Iaſ. in l. 1. de officio eius Pari. conſ. 71. num. 19. lib. 3. maxime in fideicommiſſis Burſa. conſ. 301. nu. 18. lib. 3. & conſ. 234. num. 7. eo. lib. vbi quid operetur, & quomodo procedit oſtendit & conſ. 227. num. 26. vbi vult quod inducat
4 fideicommiſſum, & geminata prohibitio operatur quod non poteſt
5 fieri alienatio nec etiam in caſu permiſſo Ruin. conſ. 147. num. 14. volum. 2. & conſ. 37. num. 13. & 14. volum. 3. Rolan. conſ. 58. nu. 20. & ſeq. volum. 2. Cephal. conſ. 264. num. 11. & ſeq. vol. 2.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio nullam afferens vtilitatem non attenditur.*
2 *Fructus portionis filio relictæ vltra legitimam ſunt computandi in legitimam etiam ſi prohibitio alienationis ſit nulla.*
3 *Prohibitio inualida dicitur quando eſt ſine cauſſa vel pœna.*
4 *Heres nulliter prohibitus alienare ſi ſimpliciter adeat hereditatem tenetur prohibitionem obſeruare.*

QVÆSTIO XXVIII.

De nulla prohibitione.

Vigeſimooctauo quæro quando prohibitio nullam adducens vtilitatem ſit conſiderabilis, & dic
1 quod numquam Paris. conſil. 63. lib. 2. Cepha. conſ. 661. num. 31. & quando prohibitio eſt contra legis diſpoſitionem, vt ſi prohibeatur legitimæ detractio de qua ſatis abunde tractatum fuit ſupra q. 18. talis prohibitio, ſaltem, operatur hunc effectum, quod ſi fuerit plus
2 quam ſit legitima relictum, in eo quod excedit legitimam debent computari fructus illius portionis pro legitima Cum. conſ. 25. nu. 4. verſ. circa autem legitimam & conſ. 52. num. 3. & ſeq. vbi quod maxime procedit ſtante clauſula codicillari, & ſequitur Curt. Iun. conſ. 120. num. 16. Cepha. conſil. 153. num. 92. volum. 2. & nulla, &
3 inualida dicitur quando nulla adijcitur cauſſa vel pœna Burſat. late conſ. 301. num. 14. lib. 3. & aduerte ad generalem limitationem ad ea quę dicta fuerũt de inualiditate prohibitionis nã hæſitari poſſet quod ſi heres nulliter prohibitus alienare vel grauatus reſtituere in hereditate ſe immiſcuerit ſibi prę-
4 iudicauit, & diſpoſitionem teſtatoris obſeruare tenetur Cum. conſ. 32. col. 2. poſt medium verſ. cum autem Paul. de Caſtr. conſil. 296. num. 5. col. pen. volum. 1. Dec. conſ. 687. num. 2. & ſeq. Io. Dilect. de arte teſt. lib. 5. caut. 31. num. 6. & adde quod dicam q. 36. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio verbis generalibus comprehendit etiam neceſſariã alienationem.*
2 *Prohibitus alienare poteſt alienare in filios.*
3 *Statutum Ianuenſe diſponens quod mulier ſine conſenſu propinquorum non poſſit alienare, non procedit in matre alienante filiis.*

QVÆSTIO XXIX.

De prohibitione verbis generalibus.

Vigeſimonono quæro quid comprehendatur prohibita alienatione ſub his verbis quouis titulo

Iure

Iure, & ingenio, & quoque modo
1 & dic quod tunc cenſetur prohibita non tantum voluntaria, ſed neceſſaria Cepha. conſil. 121. lib. 1. Rui. conſ. 20. num. 4. Hier. Gabr. conſ. 140. num. 14. Berreta conſ. 225. nu. 3. latiſſimæ Paul. de Montepicho conſ. 99. num. 8. communis* vt per Burſa. conſ. 37. num. 3. lib. 1. quod limita. in alienatione
2 quæ fit in filios quia non comprehenditur etiam ſub verbis genetalibus Rimin. Iun. conſ. 15. num. 4. lib. 1. ex quo infertur quod ſtante
3 ſtatuto prout in noſtra ciuitate inter ciuilia lib. 3. cap. 2. quod mulier non poſſit ſine conſenſu propinquorum alienare poterit tamē abſque illorum conſenſu filiis ſuis donare per Bald. conſ. 407. lib. 2. Crau. conſ. 39. Cepha. conſ. 13. nu. 41. & ante illos Alex. conſ. 106. lib. 5. Dec. conſ. 180. Cotta in verb. ſtatu. in verb. conſenſum quod tamen nō auderem affirmare in terminis ſtatuti noſtri ſtante clauſula in fine poſita quæ vult quod non obſeruata ſolennitate ſtatuti non valeat contractus finis remiſſio vel quodlibet aliud ſtante virtute illorum verboiū quodlibet aliud.

SVMMARIVM.

1 *Permiſſio alienandi omnia bona comprehendit non ſolum prohibita alienari tacite, ſed etiam expreſſe.*

2 *Permiſſio alienandi eſt mera gratia, & donatio.*

QVÆSTIO XXX.

De permiſſa alienatione generali.

Trigeſimo quæro ex aduerſo an permiſſa omnium bonorum alienatione virtute illius dictionis omnium comprehendatur ne dum bona tacite prohibita alienari, ſed etiam prohibi-
1 ta expreſſe, & dico quod ſic per ea quæ copioſe notantur per Rolan. a Valle conſ. 87. num. 8. lib. 2. & 96. num. 6. lib. 1. & 79. eod. lib. vbi di-
* cit hanc eſſe communem*, opin. Idemq; confirmat conſ. 27. lib. 4.
* & etiam de cōmuni* teſtatur Burſ. conſ. 60. num. 24. lib. 1. qui etiam
2 vult quod iſta alienandi permiſſio ſit mera gratia, & donatio conſil. 256. num. 2. lib. 3. & quod fideicommiſſi præſumptionem excludit probat conſ. 295. num. 3. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Permiſſio alienandi ſimpliciter facta intelligitur vltra iuris diſpoſitionem, & omni alienatione.*

2 *Licentiam alienandi bona obtinens pro ſatisfaciendis creditoribus non arctatur ad vendendum ſi aliter ſatisfaciat creditoribus, & poteſt libere diſponere.*

Quæ-

QVÆSTIO XXXI.

De facultate alienandi ſpeciali.

TRigeſimoprimo quæro ſi alienandi facultas aliquando ſimpliciter eſt permiſſa an debeat cenſeri libera an vero regu-
1 lata a regulis Iuris, dic quod libera tex. eſt quem ibi ponderat Ang. in §. nobis igitur in authentica de reſtitutione fideicommmiſſi Colla. 8. idem volunt moderni Senenſes ad l. Marcellus. §. reſque ff. ad Trebellianum Crotus conſ. 61. nu. 17. lib. 1. & ideo ille cui alienandi facultas tribuitur, vt creditoribus ſuis ſatisfacere poſſit, etiam rem illam penes ſe retinere, & de pro-
2 pria pecunia creditoribus ſatisfacere illamq; ſibi heredibusq; ſuis libere acquirere argumento legis ſi quid poſſeſſor ff. de petitione hereditatis Paul. de Caſtr. conſ. 211. incipiens dubium facit Crotus conſ. 123. num. 15. lib. 1. de communi* Burſ. conſ. 60. nume. 24. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *PRohibitio expreſſa reddit alienationem nullam ipſo iure, ſecus tacita.*

QVÆSTIO XXXII.

De prohibitione virtute.

TRigeſimoſecũdo quæro quid operetur alienandi prohibitio expreſſa, dic quod reddit alienationem ipſo iure nul-
1 lam, & facit alienantem indignum illumq; repellit, quod non ſequitur in tacita prohibitione Rimin. Iun. conſ. 20. num. 26. lib. 1. vbi late Gabr. com. opin. tit. de fideicommiſſis concl. 9. per totam, & concluſione ſequenti, & fideicommiſſarius poteſt impedire ne grauatus alienet quod quando procedat late Cephal. conſ. 477. per totum volum. 4.

SVMMARIVM.

1 *PRohibitio teſtatoris vſque in perpetuum comprehendit omnes deſcendentes.*

2 *Deſcendentes ſi conſentiant alienationi valet alienatio etiam quo ad filios naſcituros.*

QVÆSTIO XXXIII.

De prohibitione in perpetuum.

TRigeſimotertio quæro quia quandoque ſolent teſtatores prohibere alienationem vſq; in perpetuũ reſpectu deſcen-
1 dentium an omnes deſcendentes

in perpetuum tunc vocati dic quod ſic ita voluit Natta. conſ. 531. nu. 30. & an quando alienatio fit conſentientibus omnibus de familia
2 ſubſiſtat etiam quo ad filios, & deſcendentes naſcituros dic quod ſic per l. ſi cognatos ff. de rebus dubiis, & l. petc. §. fratre de leg. 2. Iaſ. in l. quoties C. de fideicommiſſis Natta. conſ. 675. nume. 23. lib. 4. vbi late.

SVMMARIVM.

1 *PRohibitio de non alienando nuda non valet niſi concernat cõmodum alicuius tacite vel expreſſe.*

QVÆSTIO XXXIIII.

De prohibitione nuda.

TRigeſimoquarto quæro an prohibitio teſtatoris de non alienan
1 do nuda valeat, dic quod non, ſed regulariter ſi concernit commodum alicuius perſonæ tacite vel expreſſe valeat l. filius fam. §. diui. de lega. 1. pro quorũ intelligentia erunt omnino videndi Amb. de Opis. num. 10. & Loaz. nu. 3. Crot. nu. 1. Soc. Iun. nu. 100. ad dictum §. diui. nec non, & Ripa. num. 2. Iaſ. num. 69. & Alex.

SVMMARIVM.

1 *PRohibitionis alienationis natura quæ ſit.*
2 *Prohibitum vna via alia cenſetur permiſſum.*
3 *Aſſertioni alicuius alienationem eſſe permiſſam non creditur.*
4 *Prohibito aliquo cenſetur prohibitum omne illud per quod ad illud peruenitur.*
5 *Prohibere qui non potuit non eſt in culpa.*
6 *Prohibitum ad tempus cenſetur poſtea permiſſum.*

QVÆSTIO XXXV.

De natura prohibitionis.

TRigeſimoquinto quæro quæ ſit natura prohibitionis, dicas quod eius natura eſt declarare, & ampliare, vt notat Malu.
1 conſ. 117. num. 10. & reſtringitur ratione adiuncti, & ampliatur quãdoque Berreta conſ. 77. num. 11. & prohibitum in vno cenſetur in
2 alio, & è contra l. maritus C. de procuratoribus l. cum prætor §. 1. ff. de iudiciis, & prohibitum vna via, alia via cenſetur permiſſum Crotus conſ. 103. num. 7. lib. 1. & in prohibitis certo caſu permiſſis
3 non ſtatur verbis dicentis, & allegantis caſum permiſſum, l. qui teſtamentum, ff. de probation. Rom. in authen. ſimiliter C. ad l. falc. Alex. conſ. 55. incipiens conſideratis verbis ſtatuti libr. 1. & quando aliquid prohibetur cenſe-
4 tur prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud l. oratio ff. de
5 ſponſalibus quod declarat Anto.

Gabr.

Gabr. de præſumpt.concl.7.& Iaſ. in l.2.ff.de Iuriſd.omn. iudic.Hier. Gabr. conſ. 18. num. 4. qui enim
5 prohibere non potuit non eſt in culpa l. culpa ff. de reg. Iur. l fundus §. fin. ff. locat. l.ſi quis in graui ff.ad ſilleianum prohibitumq; cen-
6 ſetur poſt tempus id quod ad tempus conceſſum fuerat l. ſtatu liberum §.ſticum de legatis 1. l. imperator ff. de ſtatu hominum declarat Iaſ. in l.ſi ita quis de vulgari.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum heredis per teſtatorem prohiberi non poteſt.*
2 *Heres ſimpliciter adeundo tenetur obſeruare prohibitionem.*

QVÆSTIO XXXVI.

De bonis propriis heredis.

Trigeſimo ſexto quæro an teſtator poſſit prohibere alienationem bonorum ipſius heredis, & reſpondeo quod non,
1 vt per Bar.in l.filius fam.§.diui.nu.
* 8. de legatis 1. & eſt communis* opinio ſecundum Rip. in d.§.diui nu 54.Clar. in §. teſtamentũ q.71. num.2.circa finem Limita.notabi-
2 liter quod ſi heres hoc caſu ſimpliciter ſe immiſcuerit tenetur obſeruare prohibitionem etiam de re ſua Io. Dilect.ſupra quæſ.28. allegatus caut. 31. num.6. 502.|Iun. conſ. 107. num.54.volum.3. Opizon in d. §. diui. col. 26. cum ſeq. Ceſal. conſ. 153. num. 91. volum. 2. Bero. conſ. 87. nume. 8. Port. reg. 42. lim. 29. lib.2. quæ tamen recte intuenti procedunt tantum in bonis teſtatoris.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei emphiteoticæ de iure prohibetur, & quomodo id procedat remiſſiue.*

QVÆSTIO XXXVII.

De rebus emphiteoticis.

Trigeſimo ſeptimo quæro quid de alienatione rei emphiteoticæ
1 reſpond. quod de iure prohibetur alienatio si ſit irrequiſito domino l. 2. vbi Iaſ. & DD. copioſe C. de iure emphit. quo caſu ſi alienetur regula eſt quod alienans cadat a iure ſuo Soc. Iun. conſ. 70. num. 14. libr. 3. quæ concluſio quomodo procedat declarat clar. in §. emph. q.13.per totam & DD. ad cap.potuit extra locati.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari non veniunt in confiſcatione bonorũ, & quomodo hoc procedat remiſſiue.*

QVÆSTIO XXXVIII.

De confiſcatione bonorum.

TRigeſimo octauo quæro nunquid bona alienari prohibita ve
1 niant in confiſcatione bonorum. aliqui dicunt quod ſic Alex. conſ. 783. num. 1. contrarium tenet Bar. in l. Imperator. nu. 1. ff. de fideicō.
* libert. & communem* eſſe dicit Soc. Iun. conſ. 77. nume. 5. lib. 2. Rube. conſ. 98. numer. 1. & dicit Gram. Dec. 105. nu. 31. quod apud omnes ſcribentes hæc eſt vera conclusio, ſed cum iſtud requirat altiorem indaginem ideo vide Iul. Clar. in §. fin. q. 78. nume. 10. vbi late.

SVMMARIVM.

1 *FIdeicommiſſa quo iure ſint introducta.*

2 *Fideicommiſſa an dicantur fauorabilia.*

3 *Iudicis arbitrio remittitur an fideicommiſſum ſit fauorabile.*

QVÆSTIO XXXIX.

De fideicommiſſis quo iure ſint introducta.

TRigeſimo nono cum quaſi ſemper iſta prohibitio alienationis inducat fideicommiſſum vt copioſiſſime notat Gabr. concl. 9. ſub. tit. de fideico. quæro quo iure ſint fideicommiſſa introducta, & ideo dico quod fideicommiſſa origi-
1 nem a iure ciuili ſumpſerunt, cum prius pudori heredis eſſet hereditatis reſtitutio commiſſa ſecūdum omnium doctorum ſententiam in l. 1. ff. de legatis 1. Paris. conſ. 1. nu. 61. lib. 2. & ratio eſt quare fuerint introducta vt morientium voluntates citius debitam exſecutionem
2 haberent: hæc enim fideicommiſſa ſua natura propter eorum vtilitatē reputātur fauorabilia a multis DD. inter quos eſt Marza. in ſuo tract. parte 2. num. 8. & in conſ. 6. num. 13. & in conſ. 7. num. 12. & hanc opin. ratione publicæ vtilitatis di-
* cit eſſe cōmunem* Cur. Iun. conſ. 5. ſub. num. 12. Cepha. conſ. 137. num. 140. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 7. tit. 1. num. 34. qui vult iſtud indubitanter procedere; contrariam tamen
* opinionem* tenuit maior pars doctorum per gl. in l. ex tribus C. de inoffi. teſtam. vbi Iaſ. & DD. Siluanus conſ. 74. Port. conſ. 76. nu. 13. Burſ. conſ. 1. num. 12. Ludou. Zunt. in conſ. pro vxore num. 799. per tex. in l. coheredi §. cum filiæ de vulgari, & pupillari Leon. in tract. ſubſt. compendioſe nu. 295. ego tamen putarem ſecundum qualitatem perſonarum loci, & temporis, & neceſſitatis hominum
3 iſtud eſſe arbitrio iudicis remittendum, quando ſcilicet ſint fauorabilia vel odioſa ad ea quæ in ſimili deducit Menoch. de recup. poſſ.

remedio 1. a numer. 13. vſque ad num. 39.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum aliud eſt particulare, aliud vniuerſale.*
2 *Fideicommiſſum particulare æquiparatur legato particulari.*
3 *Fideicommiſſum vniuerſale æquiparatur legato vniuerſali.*
4 *Fideicommiſſarius particularis nõ cogit heredem adire.*
5 *Fideicommiſſum particulare tranſfert dominium.*
6 *Fideicommiſſum particulare poteſt reſtitui procuratori in rem ſuam.*

QVÆSTIO XXXX.

Quotuplex ſit fideicommiſſum.

Qvadrageſimo quarto quo tuplex ſit fideicommiſſum, & dico quod fideicõmiſſum aliud eſt par-
1 ticulare aliud eſt vniuerſale, particulare eſt quotieſcunque committitur reſtitutio alicuius rei particularis bonorum mobilium vel immobilium, & hoc in caſu æquiparatur legato per legem primam ff.
2 de legatis 1.& l.2.C.communia de legatis. quæ leges debent intelligi hoc pacto, ſcilicet legata, & fideicommiſſa adæquare quatenus fideicommiſſa ſint particularia, non
3 autem vniuerſalia vt notat Rip. ad d.l.primam de lega. 1. & prius ad l. in quartam ff. ad l. Falc. Gomez. variarum reſolutionũ lib.1. vniuerſale vero fideicommiſſum eſt quãdo maior pars vel portio alicuius hereditatis reſtituenda eſt, & hoc caſu adęquatum eſt legato vniuerſali ſecundum DD.in dicta l. 1. de lega. 2. & eſt notandum quod iſta differentia quę ponitur inter fideicommiſſum vniuerſale, & fideicommiſſum particulare eſt maximi momenti; nam differentię multæ ſunt: ſi enim fideicommiſſum eſt particulare tantum, tunc heres
4 ad fideicommiſſarij inſtantiam ſiue legatarij non cogitur adire hereditatem, etſi eſſet legatum partis bonorum; ſecus autem ad inſtãtiam fideicommiſſarij vniuerſalis: alia autem eſt differentia, & hæc eſt quod in legato particulari ſiue
5 fideicommiſſo tranſit dominium; in vniuerſali vero ſecus Bart. in l. 1. ff. de lega.1.& in l. ſi tibi §.cum ſeruus ff. eod. Alex. in leg. ſeruum eod. tit. Petr. duen.reg. 210. Item
6 fideicommiſſum particulare poteſt reſtitui procuratori in rem ſuã; ſecus vniuerſale Bart.ad d.l.1.multas alias differentias quas breuitati ſtudendo non refero ponunt DD. ad dictam l. primam.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitione cognoſcitur quid ſit id de quo tractatur.*
2 *Fideicommiſſi diffinitio.*

Quæ-

QVÆSTIO XXXXI.

Fideicommiſſi diffinitio.

Qvadrageſimo primo quęro de ſignif. iſtius verbi fideicommiſſum: colligitur enim ex l. 1. ff. ſi certum petatur, & ex l. 1. ff. de origi-
1 ne Iuris, & ex Cicerone in lib. 1. de offi. cap. 1. quod omnis diſputatio, & omnis oratio quæ de aliqua re inſtituitur debet a definitione proficiſci: inquit enim Plat. in lib. de filoſo. in principio quod nõ poteſt intelligi quale ſit, niſi intelligatur quid ſit. dico igitur quod fideicommiſſum eſt commiſſio re-
2 ſtitutionis patrimonij vniuerſalis vel rei particularis facta a teſtatore ſidei ſui heredis, vt per Azo. ſub ſuo tit. §. ſeq. Marſa. q. j. Rebuff. ad l. incer. ſtuprũ ff. de verb. signif. lata.

SVMMARIVM.

1 *Alienari prohibita non poſſũt præſcribi nec vſucapi.*

2 *Preſcriptio tricennalis habet locũ etiam in bonis alienari prohibitis.*

3 *Preſcriptio longiſſimi temporis iuuat poſſeſſorem bonorum alienari prohibitorum.*

QVÆSTIO XXXXII.

De vſucapione,

Qvadrageſimo ſecundo quæro an ſi res quæ prohibetur alienari alienetur poſſit præſcribi vel
* vſucapi, & negatiua eſt commu-
1 nis* opin. relata per Feder. d. Loaz. in §. diui. nu. 101. de lega. 1. quam confirmauit pręceptor meus omni laude, & cõmemoratione dignus Guido Pancir. in ſuo conſ. 141. nu. 20. & 21. qui tamẽ vult quod iſtud non ſequatur in præſcriptione tri-
2 ginta annorum ſecundum opin. Iaſ. in d. §. diuin. quod dixit Rip. 12. q. & Paul. de Caſtr. in l. vult §. penu. C. communia de lega. pro cuius regulæ intelligentia vidend. eſt Fed. Loaz. in d. §. diui. nu. 101. qui tribus in caſibus limitat & Iaſ. in auth. reſq; C. communia de lega. facit Rip. in d. §. diui. nu. 133. & Baptiſta a Villa concl. 108. in littera P. Bart. Soc. qui multa bona dicit regula 324. in præſcriptione
3 vero longiſſimi temporis eſt veriſ-
* ſimum ſecundum communem* relatam per Soarez. in verſ. prohibita quod talia bona poſſunt longiſſimo tempore præſcribi.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienationis ſine cauſſa valet ſi ſit facta ad fauorem alterius perſonæ.*

2 *Prohibitio pluribus facta etiam ſine cauſſa valet.*

3 *Prohibitus alienare cenſetur uocatus quando etiam aliis eſt facta prohibitio.*

Quæ-

QVÆSTIO XXXXIII.

De prohibitione nuda ad fauorem alterius.

QVadrageſimo tertio quæro an alienationis prohibitio nuda valeat ſi reſpiciat commodum vel fauorem alterius perſonæ quam
1 prohibitæ, dic quod ſic per l. filius fam. §. diui. ff. de lega. 1. quod tamen intelligendum eſt per ea quæ notantur in l. pater filium §. Iulius de lega. 3. & in l. Lutius eod. tit. ſecundum veram opinionem Raph. Iaſ. & aliorum in dictis locis, & ratio eſt quia ſi non concernit niſi commodum perſonę alienari prohibitę poterit faciliter talis perſona renuntiare: quod tamen dic non procedere quando plures rem ſibi
2 relictam eſſent prohibiti alienare, quia tunc valebit prohibitio, & cum cauſa, & ſine cauſa quia cenſentur in caſu alienationis viciſſim vocati, vt per glo. quæ reputatur ſingularis in l. Codicillis de lega. 2. & ratio eſt quia teſtator
3 prohibendo pluribus rem eis relictam alienare videtur cuilibet dictorum alienationem prohibuiſſe quo caſu prohibendo vni videtur hic prohibitionem facere in commodum alterius, & ſic ille in cuius fauorem eſt facta prohibitio videtur vocatus ad fideicommiſſum & ideo non poteſt dici talis prohibitio ſine cauſa, facit tex. in l. eius qui in prouincia ff. ſi certum petatur.

SVMMARIVM.

1 *PRohibitio alienandi facta filiis non extenditur ad nepotes, & quomodo hoc intelligatur remiſſiue.*

2 *Prohibitio alienandi facta liberis comprehendit etiam nepotes.*

3 *Prohibitio alienandi facta heredi comprehendit etiam heredem heredis quod limitatur vt ibi remiſſiue.*

4 *Prohibitio facta filiis, & heredibus extra familiam non extenditur ad nepotes etiam ſi ſucceſſerint in locum filiorum.*

QVÆSTIO XXXXIIII.

Prohibitio an extendatur ad nepotes.

QVadrageſimo quarto quæro an prohibitio extendatur ad
1 nepotes, & dic quod regulariter alienatio prohibita filiis non extendatur ad nepotes §. nos igitur in autentica de reſt. fideico. eſtque
* communis* opinio relata per Fed. Loaz. in §. diui. num. 98. quæ regula intelligi debet ſecundum Bart. & Io. de Imnol. in l. ſi tibi homo in §. diuus ff. de lega. 1. & per Bal. & Salic. in l. voluntas C. de fideic. & per Bar. in l. Lucius de lega. 3. & per Bart. in l. quiſquis C. ad. l. Iuliam

Iuliam maieſtatis quotieſcunque teſtator non expreſſiſſet velle hanc prohibitionem ad alios extendi debere, ac etiam quando non prohi-
2 buiſset filios ſed liberos: quo caſu ad nepotes extenditur vt per Cinum in d. l. voluntas C. de fideic. quod etiam procederet quando
3 teſtator prohibuiſſet heredem ſuũ; quia tunc cenſetur etiam prohibitus heres heredis per tex. in l. pater de lega. 3. & in l. ſicut §. ſi debitor ff. quib. mod. pig. vel Hip. Solu. Bart. in l. filius fam. §. diui. de lega. primo Rom. in l. ſi quis filium ff. de acquirenda hereditate: quod tamen limitatur in multis caſibus relatis per Duen. reg. 19. & Iaſ. ad dictum §. diui. num. 74. vbi Soci. nu. 110. & prædicta reg. quod prohibitio non extendatur ad nepotes ampliatur vt etiã procedat in prohibitione facta filiis, & heredibus
4 ne alienent extra familiam etiam ſi nepotes in ius, & locum filiorũ poſtea ſuccedant Paris. conſ. 31. num. 26. & 27. iuncto num. precedenti 13. & ſeq. volum. 2. de com-
* muni Ripa. poſt Bart. & alios in dicto §. diui. num. 106. cum ſequentibus Alex. conſ. 59. num. 20. vol. 3. Natta. conſ. 511. num. 24. vol. 3. Dec. conſ. 551. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Bona reſtitutioni ſubiecta in diẽ vel ſub conditione quando alienari poßint remiſſiue.*

QVÆSTIO XXXXV.

De alienatione pendente conditione prohibitionis.

Qvadrageſimo quinto quæro quid erit de re ſubiecta reſtitu-
1 tioni in diem certum vel ſub conditione an interim poſſint alienari, & transferri dominium, dic quod ſic per l. ſi duobus §. ſed quare C.
* communia de lega. quod tamen intellige, vt dicam infra in 2. parte.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus alienare extra certas perſonas poteſt transferre in ſuccedentem ſibi ab inteſtato.*

2 *Prohibitio legis uel ſtatuti impedit alienationem per teſtamentum uel ab inteſtato.*

3 *Prohibitio alienationis facta cum expreſſione verborum importantium cauſſa inteſtati uel uniuerſalitatem impedit transmiſſionem.*

QVÆSTIO XXXXVI.

De tranſmißione in ſuccedentem ab inteſtato.

Qvadrageſimo ſexto quæro vltra præmiſſa an alienare prohibitus extra certum genus perſonarum poſſit ex teſtamento transferre in eum qui ſibi alias ab inteſtato
1 eſſet ſucceſſurus licet non eſſet de illo

illo genere vel de illa familia, & dic quod ſic per glo. in l. pater familias §. Iulius Agrippa ff. de lega 3. & eſt communis * opinio relata per Cuma. in l. cum pater §. cum inter ff. de lega. 2. Tiraq. de retr. Lignag. glo. 1. §. 26. nume. 7. & 8. Gabr. de fideic. & Port. concl. 13. num. 3. Anto. in conſuet. Burdeg. tit. de retractu §. 1. verſ. teſtatoris quę omnia intellige procedere in
2 prohibitione hominis, ſecus autem in prohibitione legis vel ſtatuti extra certum genus perſonarum nã ſi prohibitio oritur a ſtatuto tunc alienatio tam ex teſtamento quam ab inteſtato cenſetur prohibita Silua. conſ. 55. num 6. Item illam
3 opinionem intellige non procedere vbi adſunt verba cauſſam teſtati importantia, & alia generalia vel vniuerſalia, vt quoque modo, & quoque titulo per ea quæ notantur per Bart. & Aret. l. ventre num. 7. ff. de Acquir. hered. per Cepha. conſ. 53. nu. 18. per Gratum conſ. 68. lib. 2. per Rol. a Valle conſ. 80. lib. 3. pro quorum maiori cognitione vide Burſat. conſ. 37. libr. 1. poſt multos quos allegat.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio alienandi limitata reſpectu aliquarum perſonarum impedit tranſmißionem iure hereditario in illas perſonas.*

2 *Prohibitio limitata reſpectu perſonarum alienantium non impedit tranſmißionem ab inteſtato.*

QVÆSTIO XXXXVII.

De tranſmißione iure hereditario.

Quadrageſimo ſeptimo ſi prohibitio alienandi eſſet limitata reſpectu certarum perſonarum quæro an tunc cenſeatur prohibita trãſmiſſio iure hereditario in illas per-
1 ſonas tam ex teſtamento quam ab inteſtato, & dico quod ſic per l. Codicillis §. matre de lega. 2. Batt. & Soci. Iun. in l. peto §. fratre de lega. 2, aut vero eſt limitata reſpectu perſonarum alienantium vel ad incertas perſonas, & tunc non
2 videtur prohibita ſucceſſio ab inteſtato, ita debet intelligi doctrina ſuperius allegata per ea quæ notantur Inc. Reiinaldus nume. 10. de teſtament.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio ſimplex alienandi nõ comprehendit alienationem legalem.*

QVÆSTIO XXXXVIII.

De legali alienatione.

Quadrageſimo octauo quæro an ex ſimplici prohibitione de nõ alienando legalis alienatio cenſeatur prohibita, & dico quod non
1 per l. cum pater §. cum inter vbi

Bald. Caſtr. & Imola ff. de lega. 2. Caſtr. conſ. 447. volumin. 1. Soci. Senior. conſ. 192. Alex. conſ. 56. lib. 1. Dec. conſ. 182. & 377. vbi
* de communi* Ruin. conſ. 89. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei prohibitæ facta per heredem ſcientē non valet.*

2 *Alienatio facta per heredem ignorantem valet ſed fideicommiſſarius tenetur ad æſtimationem.*

3 *Heredis ignorantia cauſſata a facto teſtatoris validam reddit alienationem.*

4 *Bona alienata quæ prohibita erant vendicari poſſunt quando rogatus reſtituere non eſt ſoluendo.*

QVÆSTIO XXXXIX.

De alienatione facta ab herede ſciente prohibitionem.

Qvadrageſimo nono quęro cum vulgata ſit illa regula ſupe- rius ſæpe repetita quod bona fideicommiſſo ſubiecta alienari non poſſint l. Marcel. ad Trebellianum l. fin. §. ſed quia C. communia de legatis quod tam de iure antiquo quam nouo procedit Bart. in §. ſed quia C. communia de legatis Alex. ad dictam l. Marcel. Fern. Vaſq. de ſucceſſ. progreſ. §. 28. num. 3. verſ. 4. an hoc procedat quando aliena-
1 tio facta eſt ab herede ſciente in emptorem ſcientem dic quod ſic, quia tunc contra tertios poſſeſſores competit vendicatio ſecus ſi per heredem ignorantem vel emptore ignorante: quia eo caſu valet alienatio irreuocabiliter, ſed fidei-
2 commiſſarius tenetur ad æſtimationem vel pretium l. fin. §. fin. de
* lega. 2. eſt communis * opinio vt per Alex. conſ. 3. num. 2. lib 2. Rol. a Valle conſ. 85. num. 18. lib. 1. & conſ. 81. lib. 2. quod tamen intel-
3 lige quando ignorantia proceſſit ex facto teſtatoris qui prohibuit aperiri Codicillos in quibus aderat fideicommiſſum, ſecus ſi aliunde licet. Iaſon. velit indiſtincte regulam prędictam locum habere,
* & ita communiter * dicit intelligi Alex. in d. conſ. num. 2. ſed quid ſi rogatus reſtituere non eſſet ſoluen-
4 do dic quod nihilominus bona alienata vendicari poſſunt contra emptores Caſtr. conſil. 74. libr. 2.
* Alex. & communiter * DD. ad l. Marcellus §. reſque ad Trebellianum Noni. conſ. 39.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio adveniente conditione ſub qua fuit prohibita retractatur.*

QVÆSTIO XXXXX.

De fideicommiſſo conditionali.

Qvinquageſimo quæro quid in fideicommiſſo conditionali an bona

bona alienata ante conditionis euentum ita permaneant alienata vſq; quo veniat conditio dic quod ſtatim retractatur alio non expe-
1 ctato glo. in l. cum pater §. liberis de lega. 2. Vaſq. de ſucc. progreſ. §. 28. nume. 22. Franc. Becius in ſuo conſ. 97. num. 7. vt ſupra quia permiſſum in vno caſu in alio cenſetur prohibitum, & e conuerſo l. maritus vbi DD. C. de procur. Iaſ. poſt alios in l. ſi quis pro emptore num. 181. verſ. nam permiſſum ff. de vſucap. pro emptore Aym. conſ. 214. num. 12. vſque ad num. 17.

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari poſſunt ob ſoluenda debita teſtatoris alienari.*

2 *Alienatio propter debita heredis valet quouſque bona reſtitui debent.*

QVÆSTIO XXXXXI.

De alienatione facta neceſſitate vrgente.

Quinquageſimoprimo quæro an neceſſitate vrgente poſſint alienari bona prohibita quo in caſu dicendum eſt quod ſi agitur de neceſſitate ſoluendi æs alienum de-
1 functi ſi tunc fiat alienatio ſine dubio valebit Roma. quem omnes ſequuntur ad §. diui. num. 139. ſi vero alienatio fiat ob æs alienum
2 ipſius heredis tunc tenet alienatio vſque ad diem reſtitutionis l. peto §. fundum de lega. 2.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum ſubiectorum fideicommiſſo ſi ſeruari non poſſunt alienatio valet.*

2 *Heres tenetur ſi non alienauit res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt etiam ſi eſſent ſubiectæ fideicommiſſo.*

QVÆSTIO XXXXXII.

De rebus quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.

Quinquageſimo ſecundo quæro quid ſi res ſubiectæ fideicommiſſo eſſet tales quod ſeruando ſeruari non poſſent, an poſſint prohibitione non obſtante alienari impune, & dico quod non ſolum poſ-
1 ſunt alienari, ſed culpam committit heres ſi non alienat, & damnum in quartam imputatur gl. in §. reſq;
2 vbi omnes DD. & eſt communis* opin. relata per Aret. in cap. relatorum nume. 10. extra de accuſa Allegatum a Villalob. in verbo alienatio nume. 82. & refert Eman. Soarez. in ſuo teſauro com. opin. in verb. alienatione.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio bonorum ſubiectorum fideicommiſſo pro pœoa condemnati ad mortem nõ valet.*

QVÆSTIO XXXXXIII.

De alienatione pro redemptione condemnati.

Qvinquageſimo tertio quæro quid ſi fuerit commiſſum delictum, & ſequuta ſit condennatio a qua condennatus non poſſit liberari niſi alienatis rebus ſubiectis fi-
1 deicommiſſo vtrum teneat alienatio, & dic quod abſq; dubio non tenet ſecundum mentem Ang. in d. §. reſq; cuius opin. reputatur in dubitabilis ab omnibus, vt per Iaſ. in d. auth. reſque & Marza. de fideico. quęſt. 40.

SVMMARIVM.

1 *Heres grauatus reſtituere non poteſt de illis bonis ſubiectis reſtitutioni facere compromiſſũ.*

QVÆSTIO LIIII.

De compromiſſo rei prohibitæ alienari.

Qvinquageſimo quarto quæro an heres prohibitus alienare reſpectu bonorum ſubiectorum poſſit facere compromiſſum, & dic
1 quod ſic ex aliquorum opinione,
* ſed communis*opin. eſt in contrarium Blanc. de compromiſ. 4. parte num. 28. Dec. conſ. 39. nume. 4. Paris. conſ. 85. nume. 15. lib. 3. Tiraq. de iure maritali. glo. 5. nu. 202. Eman. Soarez. in ſuo teſauro in verbo alienatio nu. 146.

SVMMARIVM.

1 *Bona ſubiecta fideicommiſſo locari poſſunt.*

2 *Locatio in perpetuum fieri non poteſt de bonis alienari prohibitis.*

3 *Locatio ad decennium dicitur alienatio.*

QVÆSTIO LV.

De Locatione prædij fideicommiſſo ſubiecti.

Qvinquageſimo quinto quæro nunc an bona, vt ſupra ſubiecta, ſi fuerint prædia ruſtica vel vrbana poterunt a fideicommiſſario lo-
1 cari, & tunc diſtinguendum eſſe puto hoc modo aut locatio eſt ſimplex, vel ad modicum tempus, & probibetur quia noneſt alienatio ſi non vero eſt locatio in perpetuum quę alienatio reputatur tunc cenſe-
2 tur prohibita quamuis contrarium teneat glo. in l. Codicil. §. inſtituto de lega. 2. reprobata per Rom. ad dictum §. diui. num. 78. Marza. par. 2. quęſt. 39. ſi autem loquimur de

de locatione ad longum tempus puta per decennium cum vellent
3 omnes DD. appellatione alienationis hunc contractum contineri:
* ideo ſecundum communem* opinionem remanet prohibita vt refert Dec. in conſ. 204. qui dicit
* hanc opinionem communem* & Gribal. in d. §. diui. concl. 45. & Romul. nume. 78. qui dicit, hanc opi. non habere contradictorem licet contrarium in puncto iuris verius exiſtimer, confirmantur prædicta per Vinc. Carrolum in tract. de loca. ad longum tẽpus 2. par. conſ. 27. poſt Deci. conſ. 142. Iaſ. conſ. 29. vol. 1. & ante illos Bart. in l. penult. §. conſtituto de lega. 2. confirmat Romul. ad dictum §. diui. nume. 131. de lega. 1. cauſſa enim alimentorum eſt pia vt clamant omnes DD.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienari prohibita poſſunt alienari cauſſa alimentorum.*

QVÆSTIO LVI.

De alienatione propter alimenta.

Quinquageſimo ſexto quæro quid erit dicendum de neceſſitate alimentorum cum regula ſit trita, quod venter dilationem nõ patitur, dic quod abſq; dubio poterunt bona ſubiecta alie-
1 nari ita tenet Iac. de Are. in l. Sancimus C. de Sacroſan. Eccl. Bart.
* in auth. reſq; C. communia* de
* lega. Alex. qui dicit eſſe communem* ad dictam auth. nu. 2. quod

SVMMARIVM.

1 *Bona prohibita alienari an poſſint per heredem cauſſa ſtudij alienari.*

2 *Prohibita alienari poſſunt per heredem alienari cauſſa ſtudij quando pater mandauit, vt filius ſtuderet.*

QVÆSTIO LVII.

De alienatione cauſſa ſtudij.

Quinquageſimo ſeptimo quæro quid ſi heres grauatus bonarum litterarum ſtudiis animum appullerit nec poſſit vlterius in dictis ſtudiis perſeuerare cum non habeat vnde viuat nec poteſt emere libros, poterit ne alienare bona fideicommiſſo ſubiecta ſcias quod multi tenent quod non inter
1 quos eſt Ang. in d. §. diui. & Rom. num. 133. verſ. 3. quamuis Ang. ſtudiorum amator contrarium exiſtimet ſubſtineri poſſe, quo caſu ego crederem ita eſſe diſtinguendum nam aut pater voluit ſuum heredem litteris operã dare; quod facile cognoſcitur ex notatis in l. ſi donatione C. de collatio. per Iaſo. in l. filię C. familiercifcun. Alex. conſil. 141. lib. 1. Ripa. ad leg. in

in 4. nume. 168. & tunc aut illud expreſſit in teſtamento aut tacite
2 demonſtrauit introducens ſuum heredem ad ſtudia ipſo teſtatore viuente caſu p. putarem poſſe bona alienari per regulam quod conceſſo vno cenſetur conceſſum per quod peruenitur ad illud, & quia ſi ſecus eſſet ſequeretur abſurdum contrarietas,& repugnantia voluntatis, & quia iſta eſt de alienationibus permiſſis a ſtatuto noſtro Genuæ ſub rub. de teſtam. lib. 4. ibi cauſſa vel facto teſtatoris vt ibi colligitur idem eſſet in 2. caſu in quo licet non appareat de expreſſa voluntate tamen cum eadem ſit virtus taciti quam expreſſi idem operari debet cum maxime clarum ſit quod magis debet attendi, & obſeruari mens teſtatoris ex coniecturis collecta, quam ipſa verba l. heredes mei §. cum ita vbi DD. ff. ad Trebellianum communem dicit Paris. conſ. 43. lib. 2. & vbique DD. ſi vero de intentione teſtatoris nec expreſſe nec tacite per coniecturas appareret tunc crederem bona non poſſe alienari cum neceſſe non ſit heredem dare operam ſtudiis, ſed tantum iſtud procedat ex eius vera voluntate, ſed pro habenda clariori illius articuli cognitione videas lector Bart. in l. 1. num. 31. ff. ſolut. matri. Bar. in l. 1. repetita ff. de legat. 2. Andreã. Tiraquel. de priui. piæ cauſ. Bal. in l. 1. ff. ſolu. matri. vbi Angel. Cuma. & Iaſ. Curr. in l. ſi certis annis nu. 16. de pactis Alcia. in l. 1. ff. ſolut. matri. nume. 24. Claud. in l. Marcellus §. reſq; ff. ad Trebellia. l. cum ſeruus ff. de condi. & demonſtra. Paul. ad l. mulier. §. cum proponeretur ad Trebellianum Soci. in d. §. reſq; nu. 4. Bart. in l. quidam cum filium num. 11. ff. de verbo. oblig. Rebuff. de priuileg. ſcolaſt. priui. 13. Bart. Bal. & Salicet. in l. filiæ C. famil. erciſcun. Bart. in l. 1. §. ſed neq; ff. de collatio. Doctor. in auth. habita. C. ne fil. pro patre, & in l. aſſiduis §. qui potior Dam. haud in ſuo enchirid. in verſic. ſtudiorum ſumptus, vbi cauſſa ſtudiorum, & dotis Pari. paſſu Ambulant.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas preſens pluris ſit quã futura.*

2 *Fideicommiſſum purum, & condi- tionale pacto tolli poteſt per viã exceptionis.*

3 *Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt.*

4 *Renuntiatio ſimplex fideicommiſſi non valet.*

5 *Renũtiatio fideicommiſſi pacto vel ſtipulatione fieri poteſt.*

QVÆSTIO XXXXXVIII.

An pacto fideicommiſſum tolli poßit.

QVinquageſimo octauo quero quia quandoq; homines qui aliquid ex fideicommiſſis in futurum ſpectant pluris æſtimare ſolent

ſolent aliquid comodi ad preſes quam maximas diuitias poſt multos annos iuxta regulam l. cum his ff. de tranſac. que vult quod ad præſens oua craſpullis ſint meliora ideo quia quandoq; pactis mediantibus concordantur cum herede grauato, quæro an pacto fideicommiſſum in quo bona alienari prohibentur poſſint tolli. circa quod dicendum puto, fideicommiſſum non ſolum purum, ſed
2 etiam conditionale pacto tolli poſſe l. 1. C. de pactis vbi DD. quæ l. meo iudicio non ita ſimpliciter intelligi debet, ſed quod per exceptionem operetur non autem ipſo iure attenta renuntiatione illius cui eſt facienda reſtitutio qui bene poteſt fauori ſuo renuntiare l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis Soci. regu. 339. Marſi. ſingu. 361. Soci. Iuni. conſ. 17. lib. 1. cum ſi-
3 milibus, teſtatoris autem iudicium infringere non poteſt quam opin. ſequutus eſt Alcia. ad dictam l. nu. 10. circa quod aduertendum eſt
4 quod renuntiatio ſimplex in fideicommiſſis non valet, vt notat glo. in d. l. 1. C. de pactis tamen expreſ-
5 ſo pacto interueniente vel ſtipulatione vtiq; renuntiari poteſt a partibus l. qui Romæ §. duo fratres
* vbi omnes DD. & eſt communis* opinio, vt refert Paris. conſ. 46. nu. 22. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 Renuntiatio facta parte præſente, & tacente valet.

2 Renuntiatio fideicommiſſi, vt valeat debet apponi clauſula viſo teſtamento.

QVÆSTIO XXXXXIX.

De renuntiatione fideicommiſſi parte præſente.

Quinquageſimo nono iuxta prædicta quæro quid in renuntiatione facta præſente parte licet tacente, cum tacens conſentire videatur regula qui tacet de reg. iur. in ſexto: circa quod videtur dicendum quod etiam talis renuntiatio operetur per doctri-
1 nam Alex. ad d. l. 1. C. de pactis non obſtãte regula quæ vult quod qui diu tacuit non videatur renunciare paternæ hereditati de qua in l. licet C. de iure deliberandi Goza. conſ. 80. num. 5. Paris. conſ. 48. lib. 2. Corneus. conſ. 64. lib. 4. nota tamen cautelam vt in ſimilibus renuntiationibus apponi facias a no-
2 tario hanc clauſulam viſis, & cognitis verbis teſtamenti, quia tunc ſine dubio valebit renuntiatio per tex. in l. cum proponas C. de pactis contrarium tamen ſequeretur non appoſita illa clauſula, vt notãt DD. in d. §. duo fratres.

SVMMARIVM.

1 Diuiſio non inducit renuntiationem fideicommiſſi etiam ſi dim-

diuidentes promittant non venire contra diuiſionem.

2 *Fideicommiſſum etiam reciprocum non tollitur diuiſione.*

3 *Fideicommiſſum non tollitur per diuiſionem cum iuramento factã.*

4 *Renuntiatur fideicommiſſo per diuiſionem mentionem facientem de illo.*

QVÆSTIO LX.

De diuiſione inter fratres.

SExageſimo quæro quia ſepe occurrit, quod quandoq; plures inſtituti heredes, & grauati, & prohibiti alienare inter ipſos bona diuidunt hereditaria, quæro an per hanc ſimplicem diuiſionem
1 cenſeatur renuntiatum fideicommiſſo, & dico quod non per l.cum pater §. hereditatem ff. de lega. 2.
* & per DD. communiter * in d. l. qui Romæ §.duo fratres vbi Ripa. & Alex. idem Alex.conſ. 40.num. 3.lib.4. Gratus conſ. 17. lib. 1.nu. 44. Rui. conſ.37.lib.2.Noni.conſ. 47. num. 20.Corne.conſ. 102.lib. 4. Bertran. con. 437. lib. 2. Becius conſ. 24. num. 15. Burſ. conſ. 74. num.28. Creſcent. deciſ.31.lib.2. & iſtud procedit non obſtante quod aliqui velint diuiſionem valere ſi heredes promittant nihil velle contra diuiſionem facere, vt per Aret. in d. l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. p.autem opinio eſt veriſſima etiam quod heredes cautionem præſtarent de non contraueniendo ſecundum Bart. in d. §. duo fratres cum quo tranſeunt Paul. Alex. & Iaſ. & eſt
* communis * opin. vt per Soci.Iun. conſ. 87. Alexan. conſil. 40.lib.3. Mandel. conſ. 29. nume. 15. Dec. conſ. 48. num. 33. & nouiſſime Beci.conſil.3. numer.7.quod non
2 ſolum habet locum in fideicommiſſo iniuncto vni tantum,ſed etiã in reciproco, vt notat Deci. conſ. 86. & Ripa. in d.§. duo fratres nu. 37. & ratio eſt quia illa promiſſio generalis non eſt apta comprehendere ea quæ a teſtatore impoſita ſunt glo. & DD. in l. tres fratres ff. de pactis, nec obſtaret ſi appoſitum eſſet iuramentum quia etiam
3 adhuc non valeret Rui. conſ. 72. num. 4. lib. 5. Si vero magis expreſſa verba apponerentur puta ſi fieret mentio de fideicommiſſo,
4 tunc dic quod bene valeret diuiſio per Bar.in d.l.duo fratres vbi Soci. & Ripa.& Iaſ. in l.fin.C. de tranſactionibus Paris.conſ.76.num.20. lib.2.& ideo cautela eſt quod ſemper ſpecialiter,& particulariter debeant verba opponi in ſimilibus cõtractibus iuxta doctr.Bero.conſ 177.Beci. conſ.3.nu. 29. & Noni conſ. 141.num.15.

SVMMARIVM.

1 *DIuiſio inter fratres an inducat fideicommiſſi renuntiationem appoſitis illis verbis quod alter*

alter ab altero non poßit moleſtari remiſſiue.

QVÆSTIO LXI.

De clauſula vt alter ab altero petere non poſſit.

SExageſimo primo quæro quid ſi vltra verba prædicta alia prægnantia verba apponantur ſcilicet quod alter ab altero nõ poſſit vllo vnquam tempore quouis modo, & quauis de cauſſa moleſtari pro rebus diuiſis valeret ne diuiſio, & dico quod multi tenent quod non:inter quos eſt Dec.conſ. 95.num. 17. Rui. conſ. 147. num. 15. Ioſeph. Lud. Dec. 19. & Beci. conſ. 111. ſupra allegatus, contra-
1 riam tamen partem quod cenſeatur renuntiatum tenet Oſaſc. Dec. 112.num.17.Burſ. conſ. 64.nu.29. lib. 1. Cepha. conſ. 153.num. 12. Paris. conſ. 131. lib. 3. pro quibus opinionibus conciliandis eſt vidẽda omnino deciſio Ioſeph. Lud. 19.num. 13.& conſ.Becij 111. nu. 13. & Burſa.74.num.29.& copioſe dicta, per Maſcardum de probatonibus concluſio 776.

SVMMARIVM.

1 *DIuiſio cum clauſula ad habendum alienandum inducit renuntiationem fideicommiſſi.*

2 *Fideicommiſſo renuntiatur per diuiſionem tum clauſula ad habendum tenendum, & quicquid voluerit faciendum.*

QVÆSTIO LXII.

De clauſula ad habendum.

SExageſimo ſecũdo quæro quid ſi in contractu fuerit appoſita clauſula ad habendum vendendum,& alienandum tunc dico, quod ſecuta alienatione tam in-
1 ter ſcientes quam inter ignorantes cenſetur renuntiatum Bart. in d. §. duo fratres quæſt.8. & Ripa.num. 83. Beci.conſ. 88. num. 3. & Cur. Senio. conſ. 82. & eſt deciſio Mohedani 156. quod etiam meo iudicio eſſet dicendum ſi tantum fuiſſent poſita verba ſeu clauſula
2 ad habendum tenendum, & poſſidendum, & quicquid voluerit faciendum ſecundum doctr. Rui. in conſ. 137. num.3.& 9. lib.2.

SVMMARIVM.

1 *SCientia prohibitionis alienationis,& fideicommiſſi non præſumitur in herede ſuo.*

2 *Ignorantia in herede ſuo prohibitionis, & fideicommiſſi non præſumitur quando ſunt coniecturæ ſcientiæ.*

3 *Scientia fideicommiſſi in extraneo herede adeunte hereditatem præſumitur.*

QVÆSTIO LXIII.

Scientia fideicommiſſi an præſumatur.

SExageſimo tertio ſtantibus prędictis quæro an prę́ſumatur in ſimilibus heredibus ſciētia prohibitionis vel fideicommiſſi, &
1 diſtinguo, nam aut loquimur de ſuis heredibus aut de extraneis ſi de ſuis; præſumitur ignorantia, niſi probetur Bart. Crot. Soci. Iun. & Ripa ad dictum §. duo fratres Iaſ. & Caſt. ibi num. 56. Bell. conſ. 10. Lod. dicta deciſio 19. quod limita
2 quotieſcunq; ex aliis coniecturis de ſcientia appareret, & hoc tam in teſtamento nuncupatiuo quam in ſcriptis, vt per Bart. in l. ei qui ff.
* ſi certum petatur, & eſt commu-
3 nis.* opinio ſecundum Beci. conſ. 31. nume. 17. in extraneo autem herede dicitur, quod ſi adiuit here ditatem præſumitur habere ſcientiam, quia extraneus non poteſt eſſe heres niſi ex teſtamento ita Bart. Soci. & Ripa. ad dictum §. duo fratres quod tamen limitatur in infante.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum vniuerſale comprehendit ea quę heres habet titulo hereditario.*

2 *Fideicommiſſum vniuerſale non continet legitimam filij.*

3 *Fideicommiſſum vniuerſale non continet dotem matris.*

4 *Creditor rogatus reſtituere deducit creditum ſuum licet inuentarium non confecerit.*

5 *Actio hipotecaria competens pro vero debito non tollitur per aditionem hereditatis fideicommiſſo grauatæ.*

QVÆSTIO LXIIII.

Quæ in fideicommiſſis veniant reſtituenda.

SExageſimo quarto quia dixi ſuperius quod tacita prohibitio eſt illa quæ fit per fideicommiſſum, quæro de quibus rebus quis libere diſponere poſſit: quod ſcietur ſi cognouerimus quę regulariter in fideicommiſſis veniant per grauatum reſtituenda, quia tunc cognitum remanebit de quibus rebus abſq; reſtitutionis vinculo abſolutus dominus, & diſpenſator remaneat, & quidem in vniuerſali fi-
1 deicommiſſo veniunt ea quæ habet heres grauatus titulo hereditario, ſecus quæ ad heredem peruenerunt alio titulo quam hereditario tex. l. coheredi §. cum filiæ ff. de vulgari hoc dicit indubitatum Dec. conſ. 81. in fin. Franc. Manr. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 1. infertur ex hoc legi-
2 timam filij in vniuerſali fideicommiſſo non contineri, vt dixi infer-
3 tur ſecundo quod dos matris in fideicommiſſi reſtitutione non comprehenditur, quia ex ſubſtantia teſtatoris.

ſtatoris neq; eius iudicio habetur, & hoc in iure notorium eſt vt ait Bolog. conſ. 41. quem refert Cepha. conſ. 272. nume. 43. Manti. d. tit. 8. nume. 13. infertur tertio
4 quod creditor ſuccedens debitori cum grauamine reſtituendi hereditatem, licet confundantur actiones non confecto inuentario, tamē poteſt deducere creditum ſuum de bonis fideicommiſſo ſubiectis ita tenet Bald. l. debitori nume. 4.
* C. de pactis, & hanc eſſe commu.* opin. dicit Rolan. a Valle conſ. 65. nu. 13 lib. 2. & veriorem exiſtimat Paul. de Caſt. l. ita tamen §. ſi ex Trebelliano num. 2. ff. ad Treb. ſicut, & actio hipothecaria compe-
5 tens pro vero debito non tollitur per aditionem hereditatis factam *per heredem grauatum fideicom-
* miſſo, hanc dicit eſſe communem* Doct. ſententiam Rolan. a Valle d. conſ. 65. num. 15.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum vniuerſale non continet prelegata quando precesſit fideicommiſſum.*

2 *Fideicommiſſum vniuerſale comprehendit prelegata quando precedunt, & ſequitur fideicommiſſum.*

3 *Prælegata poſt grauamen relicta ſi heres eſt grauatus per verba vniuerſalia comprehenduntur in vniuerſali fideicommiſſo.*

4 *Prælegata comprehenduntur in vniuerſali fideicommiſſo quando per illa totum quaſi patrimonium abſorberetur.*

5 *Prælegata cōprehenduntur uel non comprehenduntur ſub fideicommiſſo vniuerſali quando ita apparet voluiſſe teſtatorem.*

6 *Heres extraneus rogatus reſtituere filio teſtatoris ſemper tenetur reſtituere etiam prælegata.*

QVÆTIO LXV.

De prælegatis.

Sexageſimo quinto quæro an in vniuerſali fideicōmiſſo veniant reſtituenda prælegata. Reſp. ardua quæſtio eſt, ſed diſtingue,
1 aut heres primo fuit grauatus, & ita præceſſit fideicommiſſum, & poſtea prælegata ſunt appoſita, & tunc non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, ita tenet Bar. l. Marcellus §. quidam liberis
* num. 9. & hanc dicit communem* eſſe DD. ſententiam Dec. conſil.
* 80. magis communem* dicit Cor. conſ. 228. volum. 4. & firmant o-
2 mnes mox citandi, aut vero prælegata precedunt, & relicta ſunt ante fideicommiſſum vel heredis inſtitutionem, & tunc veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi ita diſtinguit gl. l. cum virum C. de fideico. Bar. d. §. quidam liberis nu. 9. cuius diſtinctionem communiter approbatam teſtatur Dec. conſ. 81. Soci. Iun. conſ. 17. num. 31. vol. 4. & eſt
* communis* opin. vt teſtatur Alex.

l. Marcellus §. quidam liberis nu. 1. Socin.& Claud. ibid. Corne. & * Corraſ. d. l. cum virum communem* quoq; dicit Socin. conſ. 31. num. 8. lib. 4. Dec. conſ. 254. col. 1. conſ. 80.& 81. Nonius conſ. 29. num. 7. Alex. conſ. 25. num. 8. volu. 1. Ruin. conſ. 133. num. 14. volu. 2. * Iaſ. conſ. 17. volumin. 4. communem * enunciat etiam Boer. deciſ. * 280. communem* dicit Paris. quãdo primo factum fuit prelegatum conſ. 79. num. 4. vol. 2. conſ. 18. nu. 15. volum. 3. vbi dicit d. glo. communiter approbatã Anto. Gomez. var. reſol. tom. 1. cap. 5. nume. 18. vbi Eman. Soar. addit. num. 14.

Aduerte tamen quod Rip. l. heredes mei, §. cum ita num. 43. dicit hanc * opinionem non eſſe communem* nec veram, & quod diſtinctio Bar. * licet olim fuerit communis* tamen * hodie non ſit communis* aſſerit Soci. Iun. & quod crebrius alij diſſentiunt dicit Alciat. d. §. cum ita num. 7. ſed certe Bar. ſententia ma* giscommunis* hodie quoq; videretur, & ab ea non temere recedendum eſt in conſulendo, & iudicando quod, & Rip. fatetur d. loco, intellige tamen, vt procedat quando heres ſimpliciter, & abſolute grauatus eſt per verbũ, ſubſtituo vel indefinite ſi dictum ſit, per teſtatorem portionem hereditariam, vel hereditatem reſtituat ſecus vero quando heres grauatus 3 eſt per verba vniuerſalia, vt quicquid ex hereditate mea ad te peruenerint vel omnia bona mea. Namq; tunc etiam prelegata poſt gra uamen relicta comprehenduntur ita eſt tex. d. l. cum virum, & tenet glo. & Bar. d. §. quidam, & omnes ſequuntur vt firmant Alex. & Pari. conſ. 79. num. 4. & ſeq. volumin. 2. * & quod iſta ſit communis* opin. dicit Gomez. d. cap. 5. nume. 18. Soci. Iun. conſ. 17. num. 27. volu. 3.

4 Item intellige niſi prælegatum abſorberet totum quaſi patrimonium teſtatoris facta per eum particulariter diuiſione inter heredes ita glo. & Bart. d. §. quidam & ibi dicit communiter teneri Alex. nu. 2. Seyl. obſer. 135. lib. 2. nume. 2. Paris. conſ. 18. num. 17. volum. 3. vbi quod omnes ſequuntur, & * quod ita omnes cõmuniter * tranſeunt dicit Cepha. conſ. 259. num. 59. conſtat enim de mente teſtatoris volentis portiones diuiſas eſſe hereditarias, & quando conſtat 6 de mente teſtatoris prælegata veniunt, vt omnes preſupponunt d. l. cum virum teſtatur Paris. conſ. 18. num. 18. volum. 3.

Predicta quæ volunt prelegata inſpecto ordine teſtamenti, & fideicom miſſi vniuerſalis ſiue verborum ge neralium venire in reſtitutionem, procedunt in dubio, quando aliter non apparet de voluntate teſtatoris, quando autem de ea appareret etiam ex coniecturis prædicta ceſſarent, & prælegata non venirent reſtituenda ita tenet Barr. d. l. Marcel. §. quidam liberis col. fin. verſ. quæro quid ſi teſtator dixit, & l. Lucius §. pluribus ff. ad Treb. &

quod

quod nullus eſt qui diſcrepet ab iſta opinione firmat Paris.conſ.79. num.11. volu.2.& num.33. conſ. 18. num.18.volu.3. quid autem ſi extraneus ſit grauatus reſtituere filio teſtatoris. Reſpond. quod iſto caſu indiſtincte prelegata fideicōmiſſo continentur quibuſcunque verbis teſtator vtatur: ita tenet Bar. d. §.quidam liberis,& eſt communis* opinio, vt dicit Iaſ. conſ.175. volum.4.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum comprehendit portionem obuentam ex ſubſtitutione vulgari.*

2 *Fideicommiſſum continet pupillarem ſubſtitutionem, quando coacte heres adiuit.*

3 *Heres quando ſponte adiuit ſi pupillaris ſubſtitutio facta ſit fideicommiſſarium tenetur omnia reſtituere.*

4 *Fideicommiſſum vniuerſale an cōprehendat fideicommiſſariam ſubſtitutionem, diſtinguendum eſt vt de prelegatis.*

5 *Heres grauatus reſtituere ſub nomine hereditatis tenetur reſtituere etiam portionem fideicommiſſariæ ſubſtitutionis.*

QVÆSTIO LXVI.

De rebus habitis iudicio teſtatoris.

Sexageſimo ſexto quæro nunquid etiam portiones ab aliis obuentas ex ſubſtitutione ex teſtamento, & iudicio ipſius teſtatoris grauatus fideicommiſſo teneatur reſtituere.
1 Reſpond. diſtinguendum eſt: aut enim ſubſtitutus habet ex ſubſtitutione vulgari, & tunc totum venit in fideicommiſſum, & totum dicitur ſua portio, ita tenet Bart. d. l. Marcel. §. quidam liberis num. 8. & eius doct.communiter* approbata eſt, vt teſtatur Iaſ. conſ. 175. volum.2.quem refert Ioan.Dilect. de arte teſtand.tit.5.c.28.nume.2. & quod Bar. ceteri ſequantur dicit Cepha. conſ.259. num.50. Aut heres grauatus habet ex ſubſtitu-
2 tione pupillari, vt ſi quis eſt inſtitutus heres cum pupillo,& ei eſt datus ſubſtitutus pupillaris, qui grauatur hereditatem vel bona reſtituere, & tunc ſi adiuit coacte, tenetur indiſtincte reſtituere, quia eius quod annullare,vel impugnare voluit, nullum commodum apud eum eſt remanſurum ita eſt tex.l.ita tamen §. qui ſuſpectam ff. ad Trebel. & gl. & doct.communiter* ita tenent, vt teſtatur Anto.
3 Gomez. d. c. 5. nume. 17.ſin vero ſponte adiuit, & tunc dic diſtinguendo vt quæſt.præcedenti circa prælegata, vt veniant omnia bona tam teſtatoris quam pupilli in fideicommiſſum, quando ſimpliciter fideicommiſſum factum eſt poſt ſubſtitutionem pupillarem, non autem ante niſi vniuerſaliter grauatus ſit poſtea reſtituere om-
4 nia bona quia tunc veniunt indiſtincte omnia reſtituenda ſiue grauamen

tamen præcedat ſubſtitutionem pupillarem ſiue ſequatur ita tenent communiter DD. vt dicit Gomez. d. loco. Aut vero acquiſiuit heres ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, vt ſi pluribus inſtitutis, alter grauatus eſt, ſi ſine liberis deceſſerit, & vltimo morienti iniunctum fideicommiſſum vniuerſale, & tunc illud venit in fideicommiſſum habita diſtinctione de qua ſupra circa prælegata quando vlʒ. ſimpliciter eſt grauatus ante vel poſt ſubſtitutionem vel quando rogatus
5 eſt reddere ſub nomine hereditatis ita tenet Bar. d. §. quidam liberis, & ſequuntur omnes, vt teſtatur Dec. conſ. 8. Ioan. Cepha. conſ. 259 num. 12. Ioan. Dilect. d. c. 28. & hanc opinionem frequentiori calculo receptam eſſe enuntiat Thobias nonius conſ. 29. num. 5. & ſequen. & quod ita tenent communiter * omnes teſtatur Paris. conſ. 36. num. 22. lib. 2. dicens non eſſe iudicando, & conſulendo recedendum Dec. conſ. 81. dicens cõmunem * opin. & ab ea non eſſe recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum vniuerſale continet ius accreſcendi.*

QVÆSTIO LXVII.

De iure accreſcendi.

1 SExageſimo ſeptimo quæro an illud quod habet heres grauatus ex iure accreſcendi veniat in reſtitutione fideicommiſſi, vt ſi teſtator inſtituat plures heredes, & vnum eorum grauat ſuam partẽ reſtituere alicui poſtea ſibi accreſcit pars vel portio coheredis. Reſpondeo
1 quod ſic indiſtincte ſiue adierit coacte, siue ſponte, ita tenet Bar. d. §. quidam liberis nume. 7. & eum communiter DD. ſequuntur, vt teſtatur Anto. Gomez. d. c. 5. nume. 19. ratio eſt quia portio defecta accreſcit portioni non perſonę, ideoque ſequitur rem quocunq; vadat.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti an veniant in reſtitutione fideicommiſſi remiſſiue.*

QVÆSTIO LXVIII.

De fructibus perceptis.

SExageſimo octauo quæro an fructus percepti veniunt reſtituendi, & quia hæc non ſunt præſentis ſpeculationis, remitto
1 ad l. in fideicommiſſariam ff. ad Trebellianum, & ibi Bart. & communiter * omnes DD. Rip. l. centurio ff. de vulg. Paris. conſ. 55. num. 38. volum. 3. Anto. Gomez. varia. reſol. c. 5. num. 15. verſ. 6. Franc. Mantic. de coniect. vlt. volu. lib. 7. tit. 10. nu. 1. tex. l. si mulier §. si heres ff. ad Trebel. vbi Bar. & Doct.

Hier.

Hier.Gabr. conſ. 121. Burſa.conſ. 71.num. 25. num. 1. Cepha. conſ. 215. nu. 44. Marzar.q. 63. Cepha. conſ.49.num.15. & Paris.conſ.55. nume. 42. lib. 3. de quibus si Deo placuerit ſpero etiam aliqua in meis quibuſdam aliis considerationibus dicere.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum vniuerſale non comprehendit feuda antiqua.*

QVÆSTIO LXIX.

De bonis feudalibus.

SExagesimo nono quæro an bona feudalia veniant reſtituenda, & licet in partibus noſtris paucę oriātur controuerſiæ circa feuda, attamen dico quod eſt cõmunis* conclusio feuda in reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis non comprehendi Bar. in l. ſi patroni ff. ad Trebel. vbi Alex. Iaſ. in præludio feud. faciunt not. per Soc. Iu. conſ. 72. li. 1. Clarus §. feud. quęſt. 85. Cepha. conſ. 207. nume. 35. conſ. 272. & conſ. 523. & hęc ad feuda antiqua, & ita etiam fuit decisum in rota Romana, vt teſtatur Moheda. dec. 279. quo vero ad feuda hereditaria dicta decisio idem determinat & de illis vide tradita per Paris. conſ. 30. num. 69. lib. 2. per Craue. conſ. 356. per Beci. conſ. 28. nume. 3. quo vero ad feuda miſta dic, vt per Soci. conſ. 27. nume. 22. lib. 1. Gozad. conſ. 28. num. 1.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non comprehendit ius patronatus.*

QVÆSTIO LXX.

De iure patronatus.

SEptuageſimo quæro an ius patronatus permaneat apud heredem grauatum, vel reſtitui debeat, hanc quæſtionem habui præmanibus non ſunt multi dies, & inueni veriſſimum eſſe, quod remaneat apud heredem grauatum indiſtincte per doctrinam Bar. in l. quia ff. ad Trebellia. quæ reputatur communis* vt per Dec. in l. precibus num. 22. C. de impu. & al. ſub. Roc. Curt. de iure patronatus 2. parte 2. quæſt. arti. 35. num. 2. didac. varia. reſol. lib. 2. cap. 18. nu. 8. Eman. a Coſta c. ſi pater nu. 4. de teſtamentis in 6.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum non continet iura ſepulcrorum.*

QVÆSTIO LXXI.

De iure ſepulcrorum.

SEptuageſimo primo quæro an iura ſ[illegible]rum veniant reſtituenda

1 . da dico quod non, & eſt communis* opin. vt voluit Seiſel. in l. centurio. num. 11. Cagnol. ad l. precibus num, 152. Sforcia oddo tracta. compendio. particula 2. præmiſſo 6. & ad materiam iuris ſepulcrorum vide Tiraquell. de retractu §. 26. glo. 1. fol. 477. num. 55.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Ianuenſe lib. 4. de teſtam. cap. 1. quid operetur.*
2 *Verba præcedentia ſtatuti declarant ſequentia.*
3 *Exceptio vnius caſus alios includit.*
4 *Verba ſaluis falcidiis ſunt praſeruatiua iurium.*
5 *Statutum operari debere aliquid vltra ius commune quomodo intelligatur.*
6 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam a iure communi, & limitationes.*
7 *Statutum idem diſponens quod ius commune importat corroborationem illius.*
8 *Verba ſaluis, &c. important conditionem, vt nullum inferatur præiuditium.*

QVÆSTIO LXXII.

De ſtatuto Ianuenſi titulo de teſtamentis, & vltimis voluntatibus cap. 1. lib. quarto.

Septuageſimo ſecundo quæro quid operetur ſtatutum Ian[illegible] 4. cap. 1. de teſtamentis, & vltimis voluntatibus circa materiam prohibitionis alienationis in verſ. & valeant, vbi diſponitur quod valent nuda præcepta de non alienádo teſtatoris vel aliter diſponentis, ſaluis ſemper falcidiis debitis iure naturæ iuxta declarationem eiuſdem ſtatuti lib. 4. de teſtam. cap. 6. & 7. & licet in verſ. si vero agnouerit diſponatur etiam de prohibitione alienationis tamen quia ex cipiuntur caſus alienationis cauſſa, & facto teſtatoris qui pertinent ad ſecundam partem tractatus ibi particulariter de dicta parte ſtatuti aliqua dicam. Dubitatur igitur quid
1 importent illa verba, & aliter diſponentis, & dic quod adiecta fuerunt, vt comprehendantur non ſolum teſtamentum condentes, ſed facientes codicillos vel aliam diſpoſitionem contemplatione vltimę voluntatis quod colligitur non ſolum ex rubrica dicti tituli de teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ſed etiam ex principio eiuſdem capituli ibi teſtamentum ſeu vltimam voluntatem ſeu aliam diſpoſitionem contemplatione vltimæ voluntatis, & in verſ. inter liberos ibi ad probandam vltimam voluntatem, & verſ. & quia ibi teſtamenta vel vltimas voluntates, & paulo poſt ibi omnis diſpoſitio, & vltima voluntas, & deinde ibi prout voluit teſtator vel diſponens, & in ſtatutis etiam a rubr. & geminatis verbis præcedentibus licet arguere, & iterpretationem ſumere

ex his

ex his textualiter declaratis infer-
3 tur quod cum ſtatutum in prima
parte excipiat tantummodo legi-
timas debitas iure naturæ per illa
verba ſaluis ſemper quæ ſunt re-
ſeruatiua iurium Oldrad. quæſtio.
330. in fin. Sarn. reg. de iure quæſ.
non toll. quæſt. prima in fine, &
censētur omnes alii caſus incluſi in
4 regula affirmatiua quod præcepta
nuda valeant l. nam quod liquide
ff. de penu. legata. Verum cum ſu-
pra quæſt. 34. concluſum fuerit
valere prohibitionem nudam ſi ad
alicuius fauorem facta fuerit taci-
te, vel expreſſe, dubitatur nunquid
ſtatutum approbet etiam nuda prę
cepta quæ non ſint facta ad fauo-
rem alicuius tacite, vel expreſſe,
& quidem prima fronte videtur
affirmatiue reſpondendum; quia
ſtatutum debet aliquid operari,
ſed contrarium verius arbitror,
quia etiam ſi ſtatutum aliquid ope
* rari debeat vltra ius commune*
5 tamen intelligi debet, quod dero-
* get iuri communi* minusquam fie-
ri poſſit, dummodo aliquid opere-
tur Dec. conſ. 444. num. 15. & 16.
ideoq; ſat erit, quod tollat dubium
iuris an ſufficiat, quod ad fauorem
alterius quam prohibiti facta fue-
rit prohibitio, & id expreſſe vel ta-
cite colligatur. ſi enim contrarium
diceremus, corrigeretur illa regula
quod quilibet fauori ſuo renun-
tiare poteſt. quæ ratio conſiderata
fuit ſupra quęſtione 43. ad demon
ſtrandum quod prohibitio nuda
eſt inanis, & corrigeretur etiam
alia iuris regula quod beneficium
legis non confertur in inuitum nec
incongruum eſt quod ſtatutum
6 recipiat interpretationem limita-
tiones, & ampliationes iuris com-
* munis* l. ius autem ciuile a con-
trario ſenſu ff. de iuſt. & iure cap.
cum dilectus, & ibi But. Imola, &
alij de conſuet. l. 1. §. lex falcidia ff.
ad l. falc. Alex. q. 80. num. 9. lib. 1.
Egid. deciſ. 44. Nec poterit ex hoc
dici ſtatutū ſupfluū ex quo cōtinet
* idem quod ius commune* quia di
7 citur factum ad corroborationem
l. quia actionum ff. de præſcr. ver. §.
1. verſ. aliquando inſt. de bon. poſſ.
& quando concurrit prohibitio
ſtatuti multi producuntur effectus
de quibus ſupra quæſt. 46. Præte-
rea ſatis operatur vltra ius commu
* ne* circa limitationem falcidiarū
debitarum iure naturæ in eo quod
ſe refert ad declarationem factam
in cap. 6. & 7. eod. lib. & tit. maxi-
me cum exceptio falcidiæ ſit facta
8 per illa verba ſaluis ſemper; quæ
excludunt omnem contrariam diſ
poſitionem iuris circa prohibitio-
nem detractionis legitimæ vel fal-
cidię de quibus ſupra quæſ. 16. 17
& 18. & important conditionem
vt nullum inferatur præiuditium
debito iure naturæ Put. deciſ. 34.
& 116. lib. 2. Verall. deciſ. 283.
lib. 1. ideoq; limitatio illa prohi-
bitionis legitimæ ſtante ſtatuto
quod filia dotata nihil petere po-
terit, forſan non habebit locum in

hac ciuitate propter hoc ſtatutum ſaluans omnes falcidias debitas iure naturę, ſed ſine dubio procedet in alijs locis, in quibus ſimile ſtatutum non erit.

FINIS PRIMAE PARTIS.

INDEX RERVM, ET verborum, quę in hac prima parte tractatus continentur.

ACTIO hipothecaria non tollitur ſi creditor hereditatem fideicommiſſo grauatam adeat q. 64 nu. 5. fol. ·0.
Nunc vero his poſitis ampliationibus breuiter, & ſuccinte ex locis allegatis poteris lector benigne copioſe videre quidquid circa prædictas ampliationes per DD. dicatur pro vt & ego cum plus otij, & bonæ valetudinis mihi a Deo optimo maximo conceſſum erit ſpero magis abundanter de illis ampliationibus loqui; limitabo ergo breuiter dictam authen. eo modo quo mihi ſecundum Doctores videtur poſſe limitari reiectis pluribus pomposis limitationibus.

178 Et primo limita, vt locum non habent d. authent. cum expreſſe teſtator vetuit alienari expreſſa etiam cā dotium tuc enim cum omnis ceſſet præſumpta teſtatoris mens, & clare conſtet de contraria eius voluntate non poterit filia contra patris voluntatem dotari; habebit tamen omnino legitimam portionem l. cum quæritur C. de inoffic. teſtamen. vbi Iaſ. & ibi copioſiſſime mihi modernorum additio. Crot. late in d. §. diui Alex. conſ. 56. volu. 1. Coaru. variar.

variar. reſolution. capitulo ſexto vbi plura.

179 Sed an hoc caſu princeps facere poſſit, vt bona hoc modo alienari prohibita pro conſtituenda dote, vel aliter in dotis cauſam alienentur licet quod non poſſit dixerit Iaſ. in fine decimatertię ampliationis poſſe autem voluit Caſtr. conſilio 130. Guido Papa deciſ. 96. Boeri. deciſ. 129. num. 11. Bald. conſil. 72. incipiens filia lib. 2. Soc. conſi. 76. lib. 1. vbi quod regu. non ſolum procedit in muliere, ſed etiam in ceſſionario Caſtr. conſi. 131. Modern. in l. ſi poſt dotem ff. ſolu. matrimo. Io. de Anania conſi. 61. Franc. de Aretio conſi. 37. iſtud enim faciliter debet princeps concedere cum etiam de iure concedatur, vt inferius demonſtrabo.

Et quia ſecundum aliquos videtur limitari hęc auth. vt tatum procedat cum alia bona non reperiuntur ex quibus filia ſe dotare poſſit, vt

180 voluit Iaſ. in d. auth. circa fin. quęro quid ſi habuerit alia bona nihilominus dolo habere deſierit, & fideicommiſſarius illa recuperauerit an maritus habebit actionem de euictione contra vxorem: videtur qđ ſic Crauet. conſil. 19. Rol. a Valle de lucro dotis quæſtio. 58. Bal. conſilio 469. DD. in l. 1. C. de iure dotium.

Sed quęro cui incumbat onus probandi non eſſe alia bona Soc. in conſil. 104. in 3. volum. vult pertinere ad fideicommiſſum.

181 Limitatur ſecundo, vt poſſit dumtaxat detrahere dotes condignas inſpecta qualitate filiæ, mariti, regionis, & patrimonij: itaq; iudex æſtimabit l. quæro l. cum poſt §. generó de iur. dot. Rol. in d. conſi. 85. volu. 1. deci. conſi. 276. contrarium deciſ. conſ. 101. alias limit. ponunt Iſpani quas non aduitti, & quę diximus de dote procedunt in donatione propter nuptias per text. in conſtitu. noſtra in corpore vnde ſumitur, & ſibi Iſpani num. 42.

182 Vlterius quæro, an iſta prohibitio alienandi extendatur vltra decimū gradum, & videtur ſecundū aliquos quod ſic quando adſunt verba in perpetuum Gabrie. inter conſi. Gribal, conſi. 40. dilectus in titu. 8. capitulo 2. num. 2. Marza. q. 14. in 2. par. quādoque tamen non extenditur vltra quartum gradum ſi dictum fuerit ſimpliciter extra familiam Pariſ. cōſi. 52. num. 18. lib. 1.

Habitis ijs ex quibus cognoſcitur quando non obſtante prohibitione alienari poſſunt non extra propoſitum nunc notabiliter quęro cū res fideicommiſſo ſubiectę quādoque per grauatos reſtaurentur, & meliorentur an expendens in ſimilibus poſſit pro expenſis rem ſubiectam retinere, & hoc in caſu vltra

183 alios inuenio tres notabiles ll. ſub tit. ff. de leg. 1. prima eſt l. domos, ſe-

184 cunda eſt l. ſi modo, tertia eſt l. qđ ſi nulla in prima habetur quod expenſę factæ in ſimilibus repeti poſſunt, in ſecunda quod id fit dummodo damnum datū in re pro quo reparatio, vel melioratio facta fuit ſecutum nō ſit culpa grauati; in tertia vero habetur quod ſi heres non retinuerit rem pro expenſis habebit

185 remedium agendi conditione incerti ſed vt concluſiue procedam, dico quod heres grauatus expendēs in re ſubiecta reſtitutioni licet interim ſua ſit non tamen videtur expēdere animo donandi, ſed repetendi in caſu reſtitutionis faciendæ, & ideo tunc deducit, vel repetit, & fructus

ctus interim percepti non compu-
tantur quia ſunt percepti ex re quę
erit heredis ergo facit fructus ſuos
187 gloſ. ſingularis, & menti ſemper
tenenda in l. emptor ff. de rei vendi.
quæ reputatur ſingularis per Bald.
Imo. Rafa. Cuma. Paul. de Caſt. &
Alex. & alios modernos ad l. domos.
ff. de leg. 1. Bald. Ang. & Imol. & alij
ad l. inſulam §. 1. ſolut. matrimo. &
Bal. in cap. grauis ext. de reſti. ſpolia.
Alex. conſi. 123. lib. 1. Et eſt ſciendũ
quod hoc in caſu ęſtimatio refectio
nis eſt facienda habito reſpectu ad
188 valorem rei, tempore reſtitutio-
nis, ita tenet Bald. Barto. & Arotin.
Ang. & Caſtr. ad dicta l. domos vbi
ponunt quæ, & qualis expenſę ſint
faciendæ, facit tex. & glo. in l. vbi pu-
re §. fi. ad Trebel. & vid. Iaſ. ad d. l. do
mos vbi in apoſtillis multa de incẽ-
189 dio in ſimilibus caſibus culpa he-
redis, vel fortunæ. Hęc erit tamẽ re-
190 gula quod cum heres qui tenetur
reſtituere ſit tamquam vſufructua-
rius non tenetur niſi ad modicas im
191 penſas l. cum ad quem C. de vſufru
ctu facit Bart. ad l. Cotem §. qui ma-
ximos, ff. de publ. Fulg. in l. ſi propie-
tas de vſufr. accreſcendo Bar. in l. ha-
ctenus ff. de vſufructu, ſed vt magis
eluceſcat veritas in caſu noſtro po-
nam pleniorem, & clariorem regu-
lam, & eſt quod ſi iſta melioramen-
ta tendant ad perpetuam rei vtilita-
192 tẽ poſſunt ab herede grauato om-
nino repeti Doctores, vbi ſ. & ad l.
vbi pure §. ſi. ff. ad Trebel. l. mulier §.
ſed ſi ff. eodem Soci. conſi. 82. lib. 3.
Cor. conſi. 158. lib. 3. & 180. num. 8.
lib. 4. Bello. conſi. 65. num. 11. Tiraq.
de retract. conuentio. §. 7. glo. 1. nu.
3. & in l. ſi vnquam in ver. reuertatur
num. 289. Menoch. de recuperanda
remedijs num. 507.

193 Quod amplia habere locum etiã
in melioramentis factis ab amico
grauati contemplatione ſui, vt no-
tat Rolan. a Valle in conſi. 10. num.
9. li. 1. poſt Menoc. in dicto remedio
num. 508.
194 Item amplia etiam ſi melioramẽ-
ta facta perierint l. ſed an vltra §. 1. ff.
de nego. geſt. l. ſi neceſſarias de pign.
action.
195 Amplia etiam ſi eſſet perempta
res meliorata Bart. in l. in fundo nu.
6. ff. de rei vend. Boer. q. 44. quæ om-
nia declara, vt per Menoc. d. Rimin.
11. nume. 513. & per Marza. q. 65.
vbi late, & in conſ. 10. vbi copioſe.
196 Et ſcias quod circa melioramen-
torum reſtitutionem, vt ſupra dixi,
debet reſpici tempus reſtitutionis,
vt per Nattam conſi. 321. nume. 11.
Silua. conſi. 49. num. 95. ſi vero me-
lioramenta eſſent tempore reſtitu-
tionis pretioſioris valoris quam tẽ-
pore meliorationis, tunc conſidera-
tur quantum expendit heres Capi.
deciſ. 93. num. 9. Natta conſi. 256. nu.
4. Burſa. conſi. 61. num. 22. & nouiſſi
mẽ moderni noſtri Ianuenſes in ſuo
tract. de probatio. concluſio. 1037.
num. 19. latiſſime, & quia meliora-
menta aut ſunt naturalia aut indu-
197 ſtrialia aut ciuilia Barto. in l. ex di-
uerſo ff. de rei vendic. Abbaſ. in cap.
Grauis de reſtitutio. ſpoliato. Bero.
* concl. 95. & Ita communiter omnes
erit etiam hoc caſu per iudicem fa-
cienda diſtinctio iuxta notata per
Peruſinum deciſ. 24. & deciſ. 34. nu.
19. quo caſu omnino ſcias quod in
198 æſtimatione melioramentorum
erit habenda ratio non modo ſum-
ptuum, & expenſarum ſed etiam la-
borum perſonæ per tex. in cap. 1. vbi
Abbas de reſtit. in integrum & in c.
fi. de Caſtr. peculio Bero. conſil. 79.

num. 6. lib. 2. Burſa. conſi. 71. nume.
199 24. iſtæque expenſę factæ per grauatum in meliorando nemo dubitat quod ſunt integraliter reſtituendæ cum non ſint illę quæ computantur cum præceptis fructibus ſicuti expenſę factæ in re aliena l. ſumptus & l. emptor ff. de rei vendicat. licet iſtæ cenſeātur, vt dixi, factæ iure ꝓprio ipſius grauati nec fit compenſatio glo. ſingu. in d. l. emptor. Bald.
200 Ange. Imo. & Alex. ad l. inſulam §. 1. ff. ſolut. matrim. latiſſime Rolan. a Valle conſ. 28. nume. 17. Boeri. q. 44. nu. 15. vſque ad 23.
201 Sed quid ſi fideicommiſſarius nolit reſtituere impenſas melioramentorum, vel non poſſit, tunc credo qđ heres grauati percipiet fructus rei donec ſibi ſit ſatisfactum cum vt ſupra poſſit retinere Cęgno ad l. 2. nu. 175. C. de pact. inter emptorem Alcia. ad l. impenſę. ff. de verborum ſignificatior.
202 Quid ergo ſequitur de expenſis factis in litibus pro defenſione bonorum ſubiectorum quæ ab aliquibus prætendebantur, dic quod cũ melioramenta dicantur quę rẽ meliorem reddunt ita rei affixa quæ ſeparari non poſſunt l. quod dicitur in fine cum ſequent. de impera. in re dota. Fac. Caſtr. conſil. 377. libro. 1. Boer. q. 44. num. 6. nulla magis dicũtur inſeparabilia quam facta pro liberandis bonis a litibus, & à moleſtijs quia non ſolum ſunt inſeparabilia, ſed etiam quodammodo inuiſibilia, & talia quod comprehenduntur in numero melioramentorum de quibus per Doctores quæ ſunt reficere, & conſeruare vetera ędeficia, vel ruinoſa, aggeres facere, flumina auertere, vites in locum demortuarum ſubſtituere, & ſimilia quę ponuntur in l. 1. & 2. ff. de impẽſis in rebus dotalibus factis, vbi Bat. & in l. pecunia ff. de alimen. & ſibi lega. multa Petrus Lorio in l. fructus ff. de regu. iur vnde ſi prædicta ſunt neceſſaria quanto magis erunt illa q̃ rem liberam reddunt cum interſit reipub. homines ſine litibus viuere & libertas inęſtimabilis ſit l. libertas ff. de regu. iur. Brunus conſil. 12. l. ſi quis rogatus de fideicommiſſa liberta. Alex. conſi. 76. libro 1. deci. in l. quoties ubi plura ff. de regul. iuris Marza. de fideicommiſſis tertia p. q. 67. Emilia conſil. 15. qui omnes de communi, teſtanrur.
203 Item quæro quid faciendum ſit ſi donatur domus per aliquem ſuæ agnationi ſub conditione quod debeat gauderi de primogenito, in primogenitum in infinitum. Et donatur dictæ agnationi alias pecunias donauerit alio vſui deſtinatas per ipſum, & domus indiget magna refectione nec vult impenſas facere primogenitus, vt poſtea repetat an poſſint impendi pecunię alio vſui deſtinatę pro illa refectione dic quod ſi ex verbis donatoris poteſt cognoſci quod ſua ſit intẽtio domum donatam conſeruari in familia tunc refici debere de illis pecunijs alio vſui dicatis.
204 Primo quia ſi teſtator viueret, & interrogaretur ita reſponderet cum voluerit illã rem ſemper permanere in primogenitura in perpetuum, ergo ſic eſſet faciendum Gloſ. in l. tale pactum in verbo per exceptionem. ff. de pactis cum ſimilibus.
Secundo quia talis fuit mens teſtatoris quę ex coniecturis colligitur, & magis debet attendi quam verba l. heredes mei §. cum ita vbi Doctores ff. ad Trebellia. Pariſ. conſil.

ſil.43.num.24.lib.dum dixit in infinitum ſemper vel ſimilia quę infinitatem, & perpetuitatem important l.annua.§.ſi Titio.ff. de annuis, leg.§. non autem in authen. de reſti.fideicommiſ. l. ſine præfinitione, ff. de pœnis.

206 Tertio quia agitur de caſu neceſſitatis quo caſu prohibita alienari poſſunt alienari, vt per Marza.q.40.Ripa in §.diui num.78.ergo tanto magis impendi poterunt pecuniæ pro conſeruatione bonorum immobilium.

207 Quarto quia cum ſtatutum noſtrum in lib. 4. ciuilium de teſtamẽ. velit quod cauſa, vel facto ipſius teſtatoris prohibentis poſſit alienari, teſtator voluit domum conſeruari, ergo iſtę impenſę intelligẽtur faciẽdę cauſa ipſius.

208 Quinto quia ſemper debet quod magis permanet potius attendi, & cuſtodiri quam quod minus, vt colligitur ex authen.reſque C.commu. de lega. in fi.magiſque intereſt bona immobilia conſeruari quam pecuniæ donatę l.3.ff.de teſtam. l.ſi creditores ff. de priuilegijs creditorum l. j.vbi DD. de iureiuran. Ergo.

209 Sexto quia intereſt familiæ, vt ſupra oſtendi, ergo familia non ſolum de ſibi ab eodem donatis, ſed de proprijs expendere deberet, quod intereſſit familię probatur arg.l.lex quæ §.1.C.de adminiſtrat.tutorum, quia

210 hoc modo honor, & nomen familiæ conſeruatur l.1.§.quamuis de vẽtre inſpiciẽdo quo caſu etiam a verborum ſignificatione, & natura diſpoſitionis receditur, vt notat Bero. conſil.138.num.11,lib.1.& intereſt

211 Reipublicæ, vt bona in agnatione remaneant, vt honor, & dignitas in familijs quę opibus conſeruantur perduret Barſa. late conſ. 257.num. 53. libro 3.

212 Septimo quia pro cauſa neceſſaria alienantur bona eccleſiæ alienari prohibita Menoch.de arbit. Caſ. 182.Rodoa.de rebus eccleſię non alienan.tit.de cauſis propter quas nu. 1. late Sebaſtianus Medic. de Caſib. fortuitis prima parte q. 6. num. 11.

213 quod etiã procedit in dotalib. bonis vt notat Bero. conſi. 36.nu.18.li. 1.Riminal. conſi. 57.nu.40. Oſaſcus. deciſio.68.& valet argu. a maiori ad

214 minus cap. licet vbi gloſ. de teſtibus l.nec ex vera. C. de acquir. poſſ. Euerar.in ſua centuria in loco a maiori, ergo cum pecuniæ non ſint nec eccleſiaſticæ nec dotales poterũt ex tali neceſſaria cauſa impendi. Et tandem licet aliquis diceret quod fidei

215 commiſſarius, & vſufructuarius tenentur ſatiſdare de vtendo arbitrio boni viri l.1.C.de vſufructu & ff. toto titulo vſufructu. quemad. Caue. Decius conſi.608.Soc. conſi. 131.li. * 1.qui dicit communem Gabriel. de vſufructu concl.1.

216 Et per hoc videtur, quod poſſet cogi ad reficiendam rem per text.in l. hactenus & l. item ſi fundi ff. de vſufructu per Doctr. Bart.in l.quamuis de damno infec.& Paul. de Caſt. in l.eum qui C. de vſufructu.

217 Reſpondetur, quod hoc in caſu clarius loquendum eſt, nam quando inter proprietarium, & vſufructuarium eſt quæſtio circa refectionem rei, recurrẽdum eſt ad l.vſufructum, & ad dictam l. hactenus ff. de vſufructu vbi quia omnis fructus rei ad eum pertinet, ait Vlpianus, reficere quoque ædes per arbitrium cogi, ſed dicit poſtea Celſus hactenus tamen, vt ſarta, tecta habeat, & dicit gloſ. ideſt, vt reficiat ſignum,

vel coppum apponendo, ſequitur
tex. & quę tamen vetuſtate corruiſ-
ſent ne vtiquam cogi reficere vnde
Ceiſus de modo ſarta tecta habendi
quærit ſi qua vetuſtate corruerint
reficere non cogitur, modica igitur
refectio ad eum pertinet, & dicit
gloſ. quod iſta modica impenſa quæ
218 pertinet ad vſufructuarium erit
duorum aureorum, vnde cum cla-
rum ſit quod modica ad illum per-
tinet videndum eſt de magna, & di-
219 cit Bart. in l. cotem §. qui maximos
nume. 15. quod duo in refectione
ſunt conſideranda. Primo cura, &
ſolecitudo; ſecundo, pecunia perſol-
uenda: ad curam, & ſolecitudinem
220 poterit vſufructuarius cogi, pro-
prietarius autem poterit cogi ad ex-
221 burſandam pecuniam antequam
res reficiatur Barto. in l. 2. num. 2. C.
de negotijs geſtis, & in dicta l. eum
ad quem C. de vſufructu Papien. in
forma libelli qua vxor agit ad dotē,
& vſumfructum in verſi. dedit & le-
gauit num. 7. Rol. conſil. 83. li. 4. Af-
flic. deciſio. 252. Roma. conſil. 230.
& ſingula 147. Soc. conſi. 236. latiſ-
ſime Borgni. Caualcan. in tracta. de
vſufructu nume. 160. foli. mihi 619.
& 620. & ratio quare vſufructua-
rius tenetur ſolum ad modicas eſt,
quia modica non concernit perpe-
tuam vtilitatem ſed temporalem; a-
lia vero vtilitatem perpetuam, & ſic
proprietarij ita Caſtr. ad l. eum
qui C. de vſufructu qui etiam vult
quod cura reficiendi ad vſufructua-
rium pertineat tamquam ad procu-
ratorem in rem propriam, ſi vero
de ſua pecunia vſufructuarius fecit
magnam impenſam repetit, vel re-
tinet, quia ſi ſecus eſſet nimis durū
eſſet ipſe enim tenetur diligenter rē
curare l. 1. & toto titulo vſufructua.
l. eum ad quem caueat nō autem de
ſua burſa facere magnas impenſas.
222 Quando tamen imminet neceſſi-
tas ne res deterioretur debet denun-
tiare proprietario, quod eam faciat,
alias ſi proprietarius ignorat impu-
tatur ſibi culpa l. itē quæritur §. exer-
citum ff. locat. Caſtr. ad dicta l. eum
ad quem C. de vſufructu, & quæ ſint
impenſę quæ fiunt ad perpetuam v-
tilitatem ponit Burſa. conſ. 71. num.
71. nū. 13. lib. 1. late.
Et prędicta credo procedere tam
in vſufructuario quam fideicom-
miſſario qui etiam alienare non po-
teſt quia æquiparantur.
223 In fideicommiſſario autem qui
poteſt aliqua alienare credo contra-
rium, quia habet plus quam habeat
vſufructuarius de quibus late ponit
multa Marſa. de fideicom. 3. parte
q. 65. & prius q. 61. & q. 71. Emilia.
conſ. vltimo Cepha. conſi. 213. Cra-
ne. conſi. 87. Natta conſi. 61. Bero. q.
96. Burſa. conſi. 295. nu. 36. li. 3. Gta.
conſi. 9. num. 12. li. 3. Borgni. de vſu-
fructu num. 25. Noni. conſ. 39. num.
3. Simon de Pretis. conſil. 168. n. 18.
Gerar. Mazzo. conſ. 108. & 115. vbi
late Burſa. conſ. 89. lib. 1. & 132. lib.
ſecundo.
Sed in noſtro caſu in quo videtur
legatus fructus vnius fundi, & vnius
domus, non eſt dubium quod onus
reficiendi poſſet dici ſpectare ad v-
224 ſufructuarium ideſt, quoad curā,
& ſolecitudinem tantum l. 1. in fine
vſus quemadmodum caueat l. inter-
fructuarium ff. de damno infecto l.
1. §. fi. de oper. noui nuntia. Bart. in l.
cotem §. qui maxima de publicanis.
225 onus autem impenſarum ſi agitur
de magna impenſa pertinet ad pro-
prietarium l. hactenus de vſufruc. l.
eum ad quem C. eodē; immo ſcien-

dum

dum eſt quod quandoque etiam v-
ſufructuarius qui tenetur ad modi-
cas impenſas nec etiam aliquam im-
penſam facere tenetur, & iſtud ſe-
quitur quando ex cauſa onerosa ha-
bet vſufructum, vt notat Floria. de
226 Santo Petro ad dictam l.hactenus
per l. ſi quis dominium. & l. ſi quis
fundum ff. locati quod etiam pro-
cedit quando ageretur de tanta im-
penſa quæ æquiualeret receptioni
227 fructuum, quæ reputatur magna
impenſa argum.l. qui concubinam
§.qui orreos de leg.3.Bar.in l.his uer
bis §.idem teſtator ff. eodem Cepo.
de ſeruitu. vrbanorum prædiorum
cap.95.nume.15.ſed ſi non cenſetur
legatus vſufructus tunc abſque du-
bio, & cura & ſolecitudo, & impen
ſa pertinet ad proprietarium p text.
228 in l. fundi Terbaniani de vſufruc.
legato; quomodo; autem cognoſca-
tur legatum fuiſſe vſufructum, vel
229 non ponit Gloſ. in l. ſi quis ita vbi
DD. ff. de vſufructu & l.idemque v-
ſufruc. quemadmodum Caue.quid
autem ſit reficere oſtendit copioſiſ-
ſime Doctiſſi. Menoc. de retinenda
poſſeſſ. remedio decimoquinto nu-
mero 104.

Potuiſſem enim plura alia dicere in materia melioramentorum factorum in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ſed quia nolo pro nunc dilatare fimbrias uide vltra Berta. cõſ. 514. Iaſ. in l. ſi non ſortem §. ſi centum ff. de conditione indeb. ff. Bal. in l. 1. numero 9. C. de fructibus, & litium expenſis Alex. conſil. 168. nu. 8. lib. 2. Imo. conſi. 20. lib. 5. Bal. conſ. 344. lib. 2. Annania conſ. 32. Rui. cõſil. 100. lib. 4. Caſtren. conſi. 176. lib. 1. Ang. in trac. de teſtam. glo. 86. nu. 10. Caſtr. conſ. 377. prima parte Alexan. conſi. 162. lib. 7. Boer. deci. 44. num. 7. Rimin. iun. conſi. 411. num. 25. lib. 4. vbi quando melioratio reſpicit perpetuam rei vtilitaté Garcia. in tracta. de expenſ. & melioramentis cap. 1. num. 19. Peru. deciſio. 24. Bal. conſi. 176. prima parte Rui. conſi. 14. lib. 1. Rol. conſ. 28. num. 18. lib. 1. deciſ. Peruſ. 58. num. 11. Ruin. conſi. 117. lib. 1. vbi an debeantur qñ conſumpta ſunt; & in l. in fundo de rei vendic. & in cap. 1. de reſtitut. in integrum Feli. in capi. cum cauſa de re iudicata Rodoa. de rebus eccleſię non alienandis q. 17. lib. 3. Capicius deciſio. q. 93. Borgi. deciſio. 28. Burſ. conſ. 81. num. 21. Rimin. iun. conſil. 411. li. 4. vbi ad quod tempus ſit melioramentorum ratio habenda Simon de Pretis de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 3. ca. 358. Neguzza. de pig. 4. membro ſecundæ partis num. 11. Bero. conſil. 102. lib. 1. Clar. §. feudum q. 88. Pariſien. ſuper conſuetudinibus §. 3. num. 98. Rimi. iun. conſil. 411. nũ. 2. lib. 4. vbi qualiter debent melioramenta huiuſmodi, & expenſę æſtimari ſeu articulari quod etiam ponit late Maſcar. de probat. concl. 1037. & Rol. conſ. 28. num. 24. & 51. lib. 1. Crotus conſi. 83. Felin. conſ. 42. Aret. conſil. 83. Natta conſ. 489. Caballi. Millelo. 142. in l. inter artificis de ſolutionib. in l. inter C. de iure fiſci Plotus in l. ſi quando in fine C. vnde vi Afflic. deciſ. 25. vbi Vrſillus Emillia. conſil. 99. num. 10. Burſa. conſi. 99. in princip. Cepha. conſi. 770. num. 5. Menoc. de arbi. caſu. 578. & de recuper. poſſeſ. numero 569. Puteus deciſ. 471. lib. 2. Verall. deciſ. 150. lib. 2. & quod attinet ad retentionem loquitur Bellonus. conſi. 10. Alciat. conſil. 512. Rimina. conſi. 41. lib. 4. & 411. nu. 9. eodem lib. an autem facienda ſit com-

pen-

penſatio cum fructib. perceptis ha-
betur in l. ſumptus & in l. emptor ff.
de rei vendicatione Rolan. a Valle
conſ. 28. num. 27. Caſtr. conſ. 170. li.
2. Bal. conſ. 303. lib. 1. Cuma. conſil.
19. Alex. conſi. 121. lib. 4. Cæpo. conſ.
25. num. 9.

230 Nunc notabiliter quęro an ſtatu-
tum noſtræ ciuitatis Genuenſis ſub
rubrica de teſtamentis in 4. libro ci-
uilium in §. ſi vero, vbi dicitur, ſi ve-
ro teſtator aggrauauerit heredem
ſuum, vel legatarium de non alie-
nando, vel reſtituendo alij bona,
vel aliquam rem ipſius teſtatoris,
non valeat alienatio facta per here-
dem, vel legatarium, & voluntas te-
ſtatoris ſeruetur, & mandetur exe-
cutioni ſaluo ſi alienaretur cauſa, vel
facto ipſius teſtatoris aliquid opere-
tur vltra ius commune, Et dico qđ
vſque ibi non valeat alienatio fa-
cta per heredem, vel legatarium idē
operatur quod ius commune, vt di-
xi ſupra vltima quęſtione primæ par
tis, ſed poſtea dum dicit, & volun-
tas teſtatoris ſeruetur, & executio-
ni mandetur ex illa geminatione vi-
detur magis prohibere quam ius cō
mune adeo quod poſſit colligi men
tem ſtatuentium fuiſſe, vt ſtante iſto
ſtatuto non valeret aliqua ex illis a-
lienationibus quæ fieri poſſunt de iu
re communi non obſtante prohibi-
tione, vel fideicommiſſo, ſed quia
poſtea ſtatutum vlterius procedit
excipiendo dum dicit ſaluo ſi alie-
naretur dicendum eſt ſtatutum re-
* ſtringere diſpoſitionem iuris com-
munis, quæ vult quod bona alienari
prohibita in multis caſibus poſſint
alienari, vt iam oſtendi in illis caſi-
bus à ſtatuto expreſſis id eſt ſi alie-
natio ſequi debeat cauſa, vel facto
teſtatoris, dico enim quod quāe-

nus ſtatutum non diſponeret niſi id
quod diſponit ius commune atta-
men de iure debet aliquid vltra
231 ius commune operari Bart. in l. 2.
ff. de vſucapio. & in l. 4. §. prætor. ff.
de damno infecto DD. in cap. tranſ-
miſſa de elect. in 6. & in cap. paſto-
ralis de appel. Cepha. conſi. 171. nu.
4. & 211. num. 3. lib. 2. ſed in caſu no
ſtro non habet locum iſta argumē-
tatio ſtante ſtatuto noſtro ſub ru-
brica de extrinſeco intellectu, quod
etiam ceſſat cum realiter ſtatutum
ius commune reſtringat dum dicit,
& voluntas teſtatoris ſeruetur, &
executioni mandetur; verba enim il
la non ſolum geminata, ſed & dupli-
233 cata magis demonſtrant enixam
voluntatem ſtatuētium quæ ex illiſ-
met verbis colligi poteſt l. Babiſta v-
bi Doctores ff. ad Trebel. Bal. in cap.
cum te de reſcriptis Corne. conſil.
158. lib. 4. Roll. a Valle conſi. 8. num.
223 5. & propria natura verborum ge
minatorum eſt, vt cenſeantur appo
ſita cum maiori deliberatione Rol.
a Valle conſ. 60. num. 22. & 96. num.
14. lib. 1. verba enim ſtatuti ſunt ſa-
tis per ſe clara ergo nō eſt de illis du
bitandum l. non aliter de lega. 3. l. cō
tinuus §. cum ita de verbo, obliga. &
quandoque velle nimium ſubtilizza
re, vbi verba ſunt clara nil aliud eſt,
234 quam pernicioſe errare Bald. in l.
precibus C. de impub. & alir. Rolan.
a Valle conſi. 55. num. 7. lib. 1. pro il-
la enim parte in qua dicit ſtatutum
non valere alienationem nō eſt du-
bium, quod ſtatutum diſponit idē
quod ius commune cum etiam de
* iure communi non valeat alienatio
rei alienari prohibitę, vel reſtitutio-
ni ſubiectæ l. vlt. §. ſin autem C. com-
mu. delegat Auth. reſque in princi.
C. eodem vbi Doctores omnes in l.
filius

filiusfamilias §. diui & præcipue l. aſſ. ff. de lega. 1. preceptor meus nunquam ſatis laudatus Guido Panciro. conſ. 142. num. 13. Dec. conſi. 323. numero 1. Cepha. conſil. 327. num. 17. * & eſt communis per Alex. conſi. 23. lib. 1. Marſi. conſi. 49. num. 51. Rolã. a Valle conſ. 31. num. 25. lib. 1. ſed quia vlterius, vt ſupra dixi procedit nõ ſolum cum illa geminatione verborum ſuam mentem declarat, ſed etiam per exceptionem dictum ſuũ firmat dum dicit ſi alienaretur cau-
235 ſa, vel facto teſtatoris, virtus enim exceptionis eſt, vt regulam firmet in non exceptuatis l. nam quod ſiqui de §. fina. ff. de penu. lega. l. in his vbi Docto. ff. de legibus Alexã. conſil. 36. num. 20. lib. 6. & conſil. 100. in fine eod. lib. Pariſ. conſil. 33. num. 19. lib. 3. Rolan. conſ. 86. lib. 1. ergo concludendum eſt quod ſtatutum operetur, quod omnis facultas alienandi * data a iure communi non obſtante tacita, vel expreſſa prohibitione cenſeatur ſublata præter illam quæ cauſa vel facto teſtatoris eſſet facienda; vnde venit tantummodo conſiderandum quid operentur in ſtatuto illa verba cauſa, vel facto, & quæ ſint alienationes q̃ fieri poſſunt cauſa, vel facto teſtatoris, Quæro enim ante omne quid importet illa dictio
236 vel, poſita inter cauſam, & factum & dico quod iſta dictio proprie disiungit l. triplici ff. de verbo. ſignific. & pro aut ſumitur, vt ibi notatur ſed quando ponitur inter plura re-
237 gulariter alternatiue capitur l. ſi he redi ff. de condi. inſtitu. niſi illa duo eſſent diuerſa nomine, eadem tamẽ quoad effectum, vt in rubrica C. vbi cauſę fiſcales, nam ſic exponitur
238 pro id eſt, vt notat Roma. in l. ſupra. iter §. officium ff. de aqua pluuia arcenda quod forſan poſſet dici in caſu noſtro, vbi factum, & cauſa licet ſint diuerſa nomine, tamen ſunt eadem quo ad effectum pro quibus vide notata in clementi. ſæpe de verb. ſignificatio. & per Rui. conſil. 99. li. 25. Rebuff. in l. verbum oportet de verbo. ſignificatio. ſed meo iudicio poſſet dici quod iſta verba cauſa, & factum ſunt valde diuerſa, nam fa-
239 cti verbum generale eſt, & in varias ductum ſignificationes, & proprie reſpicit actionem hominis, & rem ab ipſo geſtam, vt colligitur ex copioſe dictis per Rebuffum in l. verbum facere ff. de verbor. ſignifi.
240 cauſa vero non prouenit ex facto ſemper, ſed quandoque ex non facto nam cauſa multis modis in iure noſtro ſumitur adeo vt eius ſignificationes ſeparare ſit difficile; ſed hoc in caſu poſſet capi pro occaſione per ea quę habentur in l. qui occidit §. fin. ad l. Aquiliam l. ait prætor ff. diui bonorum raptorum late Rebuffus, & alij Docto. ad l. rei appellatione ff. de verbor. ſignificatio.
241 vnde dici poſſet, quod cum cauſa reſpiciat occaſionem, factum vero reſpiciat rem geſtam concludendũ
242 eſſe quod omnis alienatio quę oritur ex occaſione data a teſtatore, vel ex re ab ipſo geſta à ſtatuto non obſtante fideicommiſſo, vel prohib. ne admittatur, aliæ autem reijciuntur; * & hoc in caſu ius commune corrigatur, & reſtringatur ſed cum hæc non ſint præſentis ſpeculationis ſatis eſt aliquid dixiſſe.
243 Vlterius quæro, ſi heres eſt grauatus reſtituere, quid ſupererit quid poſſit alienare, & tunc conſidero, qđ de iure antiquo per huiuſmodi fideicommiſſum cenſetur data poteſtas alienandi dummodo nõ mala-mente

mente ſcilicet animo interuertendi
fideicommiſſum ſed hodie quartã
partem fideicommiſſario tenetur
reſtituere, nec illa alienare poteſt au-
then. contra rogatos C. ad Treb. Gl.
in l. Titius ff. eodem & ibi Bartol. &
commu. Doctores, vt a teſta. Gome.
varia. reſolut. tomo 1. cap. 3. num. 16.
Burſa. conſi. 44. num. 3. lib. 1. & ſi he-
res nil alienauit adhuc tenetur totũ
244 reſtituere Cynus & Docto. ad di-
* ctam l. Titius & eſt commu. ſecun.
Alex. ad dictam auth. num. 9.
245 Sed quid ſi mala mente alienauit
vltra quartam dic quod dolo aliena-
tum reuocabit fideicommiſſarius
bona fide vero ſecus, vt notat Craſſ.
in §. fideicommiſſum q. 54. num. 3. &
246 ſcias quod alienans tenetur aliena-
ta computare in quartam ita Caſtr.
ad dictam l. Titius commu. dicit Pa
riſ. conſi. 46. num. 27. lib. 2. Gabri. ad
Trebel. concl. 13.
247 Et quarta quę debet reſeruari fi-
deicommiſſario debet eſſe omnium
bonorum quę fuerunt defuncti tem
pore obſtricta Ale. ad dictam l. Mar
cellus §. reſque pluries allegata DD.
ad dictam auth. cõtra rogatos Pariſ.
conſi. 46. lib. 1.
TANDEM dico quod in ma-
248 teria dotis conſtituendæ, vel reſti-
tuendæ ẽt dicendum eſt procedere
dictam auth. reſque ſi teſtator mani
feſte prohibuit Coaru. variar. reſol.
lib. 3. cap. 6. nu. 10. Gozza. cõſ. 97. nu.
9. Alcia. conſ. 644. Cepha. conſ. 361.
num. 22. Becius Doctiſſi. conſi. 100.
nume. 7. qui dicit communem, ſed
ſunt infra nu. 257.
249 Procedit etiam d. auth. ſi teſtator
prohibuit etiam ex cauſa dotis, vt
voluit Caſtr. conſi. 80. lib. 1. deciſio.
Delfina. 96. quam tanquam commu-
nem ſequitur Boer. deciſio. 129. nu.
5. non obſtantibus dictis ſupra in li-
mitationibus, ſed dic ut infra nu-
mero 264.
250 Sed in reſtitutione dotis dico ẽt
locum habere auth. ſecundum Bart.
ibi Anan. conſi. 61. Soci. conſi. 23. lib.
3. Deci. conſi. 376. & 519. Rube. conſ.
* 78. communem dicit Gozza. conſil.
97. magis communem Coaru. varia.
reſolu. lib. 3. cap. 6. nume. 10. Marza.
q. 48. num. 73. Doctiſſi. Becius conſ.
54. & Cepha. conſ. 261. nu. 24. quid-
quid aliquid alij in contrarium di-
xerint, ſed ne ita ſicco pede, vt aiunt
251 materiam huius authenticę quam
altam, & ſubtilem appellat Loaz. in
l. filiusfami. §. diui num. 35. de lega. 1.
per tranſeam non omittam nonnul-
las praticabiles quæſtiones quæ
circa ipſam oriri poſſunt, & quibus
viſis ſpero maximam delectationem
recipere poſſe lectorem, qui omiſ-
ſa magnitudine voluminum aliorũ,
qui ad pompam multa quotidie ſcri
bunt vtiliter profectò, & quibus
maxime habendæ ſunt gratię, breui
ter vidiſſe dicere poterit omnia quæ
& ad auth. reſque & ad materiam a-
lienandarum rerum fideicommiſſo
ſubiectarum pertinent, & ſpectant.
252 Prima igitur quęſtio erit quæ ſit
ratio diſpoſitionis auth. reſque, & di
co, quod multiplex a pluribus aſſi-
gnatur Prima eſt, vt ſit priuilegium
ſpeciale dotis, & donationis propter
nuptias, vt voluit Barto. in d. auth. &
probatur in corpore vnde ſumitur
probatque Angelus ſibi num. 5. Ale.
conſ. 17. lib. 4.
253 Secunda eſt ratio, vt mulierum
pudicitia conſeruetur non obſtan-
te parentum auaritia l. mulier §. cum
proponeretur ff. ad Treb. non enim
poteſt pater ſe ipſum eximere ab o-
nere dotandi, & reſtituendi, vt vo-

luit Oppizo. in l. filius familias §. diui nu. 137. Caſtren. conſ. 80. lib. 1. Soci. conſ. 23. lib. 3. Dec. conſil. 376. num. 2. & 519. num. 3. clarum eſt enim qđ dos ęris alieni loco habetur l. nè filia ff. ad terbellia. Guido Papa deciſ. 96. Boer. deciſ. 129. num. 3. Curt. Iun. qui de communi teſtatur conſil. 59. nu. 6. tenetur enim pater dotare filiam etiã ſi ſe ipſam nupſerit inſcio vel inuito patre Boer. deciſ. 130. nu. 6. dũmodo pari ſuo nupſerit: Dos enim ſuccedit loco legitimę Aret. conſil. 17. num. 14. Ruin. conſ. 63. num. 3. lib. 2.

254 Alia eſt ratio, quia præſumitur teſtatorem non cogitaſſe includere cauſſam dotis propter affectionem erga deſcendentes, Ripa in §. diui num. 7. lex. mulier §. cum proponeretur, ad terbellian. Dec. conſil. 176. num. 2. & 519. num. 3. Alcia. conſil. 175. Soci. conſ. 75. nu. 6. lib. 2. Marza. conſil. primo.

255 Alia ratio eſt, ne mulieres deceptæ remaneant quæ ignorant prohibitionem alienationis, vt notat Dec. conſil. 376. Rollan. a Valle conſ. 58. lib. 1. Meno. de arbitra. caſu 183. nume. 69.

256 Alia eſt ratio fauore publicę vtilitatis per generalem diſpoſitionem, l. 1. ff. ſolut. matr. argum. l. pen. §. ſi vero ff. de poſtulan. Soci. conſil. 119. lib. 2. & conſil. 1. num. 53. lib. 1. Gozza. conſ. 103. num. 19. Bero. q. 110. num. 4. Et hæc eſt melior ratio cum ſit eadem quę aſſignatur per dictam auth. in fine, ex qua colligitur.

257 Secundò quæro an authentica prędicta quæ tantummodo de conſtituenda dote, loquitur intelligenda ſit loqui etiam de reſtituenda licet ſecundum Caſtren. in conſil. 15. lib. 1. videatur exorbitans. Et dico qđ tàm in vno quàm in alio caſu intelligi debet, ſecundum communem de qua per Loaz. & Alios in d. §. diui, & Caſtren. in l. mulier §. cum proponeretur. de leg. 1. Soci. conſ. 23. num. 1. lib. 3. Alex. conſil. 77. lib. 4. Caſtr. conſil. 80. lib. 1. Dec. conſil. 370. & conſil. 519. Pariſ. conſil. 52. num. 32. lib. 2. Rube. conſil. 78. nu. 1. Didac. variar. reſolu. lib. 3. Capite 6. num. 10. Bar. in l. ſi cum dotem §. tranſgrediantur. ff. ſol. matr. Meno. conſil. 33. num. 19. Soci. iun. conſ. 119. num. 11. lib. 1. Meno. de arbitra. caſu 182. num. 69. Pariſ. 63. num. 35. lib. 2. Marza. de fideicom. quæſt. 28. Rui. conſ. 199. num. 11. lib. 1. Gozza. conſil. 9. num. 10. Rol. conſil. 20. & conſil. 27. lib. 4. Curt. conſ. 59. per totum.

258 Tertio quæro an ita procedit in donatione propter nuptias, & dico quod cum lex iſtud dicat, & nos dicere debemus, confirmatur per l. fi. C. de dotis permiſſione; videatur ad hoc auth. dos data C. de donat. ante nuptias l. dos ancillam C. de rei vindica. Afflict. Deciſ. 242. vbi Vrſillus Neuiza. conſ. 45. num. 17. Bar. in d. §. tranſgrediantur num. 4. Ruin. conſil. 149. nu. 5. lib. 2. Rol. conſ. 2. lib. 4. Alex. conſ. 67. lib. 4. Caſtr. conſil. 80. lib. 1. Alex. conſil. 16. lib. 2. Iaſ. conſil. 6. lib. 3. Alex. conſ. 27. lib. 4. Cur. conſ. 133. num. 5. Dec. conſ. 519. num. 5.

259 Quarto quęro an auth. locum habeat in dote cõfeſſata quo ad reſtitutionem, & cum Ripa Soci. & alijs conſtituo duas regulas, primã quãdo confeſſio fuit dotis receptę conſtante matrimonio, ſecundã, quãdo confeſſio loquitur de dote recepta ante matrimonium. primo caſu dico non pręiudicare fideicommiſſo

ſecundum opinionem Rubei conſ. 78. num. 1. Rol. conſ. 85. num. 42. lib. primo. Secundo vero caſu contrariũ ſequitur vt probat Oppizonus in §. diui num. 146. & ibi Ripa num. 77. par. conſ. 52. Rui. conſil. 132. lib. 4. Rubeus conſil. 78. lib. 2. Pariſ. conſ. 63. in fin. lib. 2. Cepha. conſil. 77. lib. 2. Rol. conſ. 20. lib. 4.

260 Quinto quęro an auth. locum habeat in dote recepta poſt prohibitã alienationem & de hac quęſtione ſuperius dixi ſatis abundanter; ideo vide num. 89. vide etiam Pariſi. conſil. 52. Alcia. conſil. 640. Marza. q. 48. Iaſ. conſil. 131. lib. 2. Caſtr. conſil. 80. Bar. in l. ſi cum dotem, §. traſgrediamur, ff. ſolut. matrim. Socin. Iun. conſil. 119. lib. 2. Ruin. conſil. 121. nu. 13. lib. 2. & conſil. 137. lib. 1. Curt. Iunio. conſil. 133. num. 5. Anania conſil. 61. Cepha. conſil. 177. lib. 2. Soci. conſil. 23. lib. 3. Deci. conſil. 376. & 519. Natta conſil. 61. Rolan. à Vale conſil. 85. libr. 1. Gozzad. conſil. 976. nume. 10. Alcia. conſil. 575. Curt. Iunio. conſil. 59. nu. 1. Ruin. conſil. 123. lib. 2. Roma. conſil. 322. Riminal. conſil. 115. num. 7. lib. 1.

261 Sexto quęro an auth. prædicta ſibi locum vindicet tã in aſcendentibus, quam deſcendentibus alienari prohibentis, & quo ad aſcendentes ex parte patris non dubito quin procedat ex notatis per Rolan. conſil. 27. num. 6. facit Boer. deciſio. 129. Alex. in l. ea filia colum. 2. ff. ad Trebellia. Ruin. conſil. 199. num. 9. lib. 2. Natta conſil. 400. num. 15. Socin. iuni. conſil. 119. nu. 12. lib. 2. quo vero ad deſcẽdẽtes idem dicas, vt notat Ang. in d. auth. in principio Paul. de Caſtro in l. mulier §. cum proponeretur ad trebellia. Aret. conſ. 17. nu. 13. Hiſpanus ad dictam auth. num. 58. Alci. conſil. 640. Meno. conſ. 95. num. 132. Alcia. conſil. 64. Simon de Pretis de interpretatione vltimarum voluntatum car. 138. num. 29. Ruin. conſ. 199. num. 2.

262 Septimo quęro an habeat locum in extraneis ideſt tranſuerſalibus, & dico quod non vt per Ang. in d. authen. & Loaz. in §. diui nu. 1. Boue. dicta deciſ. 129. Rui. conſ. 137. nũ. 27. lib. 2. Latius Burſa. conſil. 179. num. 58. lib. 2. Boe. deciſio. 2. 199. num. 4.

263 Octauo quęro an procedat in dote quę datur pro matrimonio ſpirituali, ſed quia dixi ſuperius nu. 111. tantummodo videas Barto. in auth. noſtra num. 7. Ang. num. 4. Bal. Salic. & Crotũ in §. diui nu. 61. Loaz. num. 138. Oppizo. num. 45. Gaſtr. in l. mulier §. cum proponeretur. ad trebel. Viuius lib. 1. oppi. 107. Rol. conſ. 185. num. 8. lib. 1. Curt. iun. conſil. 127. num. 6.

264 Nono quęro an procedat quando expreſſe fuit prohibita alienatio de qua dicam in meo reſponſo in fine huius libelli, & dixi ſupra; attamen quia decies repetita placebunt dico quod etiam in expreſſa prohibitione procedit auth. Iaſ. conſ. 157. lib. 2. Craue. conſil. 291. lib. 2. Caſtr. conſil. 80. lib. 1. Ripa §. diui num. 70. Marza. quęſt. 48. Boer. deciſio. 129. neceſſe eſt enim authenticam procedere in expreſſa prohibitione cum alioquin prohibita alienatione non comprehendatur cauſa neceſſaria, vt eſt cauſa dotis Rui. cõſ. 123. nu. 12. lib. 2. per l. voluntas C. de fideic. Ceph. conſil. 58. & conſil. 121. Menoc. de arbi. caſu 182. Gozzad. cõſ. 97. nu. 9. Rol. conſ. 27. num. 4. lib. 4. Didac. variar. reſolu. lib. 7. capite 6. nu. 10. Marza. quæſt. 48. licet

aliqui

aliqui contrarium tenuerint & male profectò ſalua pace ipſorum inter quos fuit Crotus conſil. 144. nu. 18. ſed videndi ſunt Alex. conſil. 23. lib. 1. Ruin. conſ. 123. nu. 12. lib. 2. Soci. Iun. conſ. 119. lib. 2. Guido Papa conſ. 140. num. 9. Ceph. conſ. mirabiliter conſ. 58. nu. 15. & conſil. 121. num. 1. Iaſ. conſ. 130. lib. 4. Pariſ. conſil. 63. nume. 40. lib. 2. Ruin. conſil. 123. nu. 12. Immo dico quod non ſolum procedit in expreſſa prohibitione, ſed etiam quando fuit facta prohibitio etiam ex cauſa dotis vt voluit expreſſe Guido Papa deciſio. 196. Caſtren. conſil. 80. libr. 1. Lupus in cap. per veſtras de don. inter virum & vxorem, Boer. deciſ. 129. num. 5. Curt. Iun. conſil. 59. Berò. conſ. 110. vbi de magis communi Mar. q. 48. contrarium tamẽ tenuere Alex. conſil. 56. lib. primo Pariſ. conſ. 52. num. 7. lib. 2. Didac. variar. reſolut. lib. 3. capite 6. ſed videas Villalob. in verbo alienari prohibita num. 79. Soc. Iun. conſ. 119. lib. 2. Ruin. conſil. 123. lib. 2. Ceph. conſ. 58. num. 17. conſ. 121. num. 3. Didac. d. conſil. capite 6. Bar. conſ. 179. num. 22. lib. 2.

265 Decimo quero an ſi inter aliquos factum ſit pactum de alienando per cõtractum poſſit fieri alienatio cauſa dotis, & licet Cin. & Bal. & alij in l. fin. C. de iure dotiũ teneant quod non prout etiam Alex. conſil. 103. nu. 18. conſ. 75. lib. 1. & Soci. in ſuis fallentijs in verbo alienare Crotus. conſ. 165. num. 57. Soci. Iun. conſ. 115. num. 2. Ripa in §. diui nu. 70. Riminal. conſil. 115. num. 12. lib. 1. contrarium tamen voluit Oppizo. in §. diui num. 141. per tex. per l. lineis C. de non alienand. & profectò quod ipſe optime loquitur cum maior ſit potentia prohibitionis teſtatoris quam pacti & nihilominus nõ obſtãte prohibitionis teſtatoris alienatur vt ſupra dixi, maxime cum clarum ſit quod etiam ſtante ſtatuto, quod res non poſſit alienari extra territorium poteſt fieri alienatio ex cauſa neceſſaria, vt voluit Roman. conſil. 77. Cur. Sen. conſ. 27. num. 8. Dec. conſ. 300. nu. 9. Natta conſ. 52. num. 14. Plotus conſil. inter cõſ. Crimi. conſ. 108. num. 1.

266 Vndecimo quero an procedat authen. ad commodum piæ cauſæ vt etiã illo caſu licet prohibita ſit alienatio pro cuius deciſione vide Hiſpanos. ad dictam auth. nu. 94. qui affirmatiue reſpondent.

267 Quæro duodecimo de caſu praticabili puta ſi filia vel filius conſumpſit dotem quam recepit ex bonis alienari prohibitis an poterit habere aliam dotem, & dic quod ſic agitur de conſtituenda dote, & dos ſit comſumpta culpa aliena tũc debet denuo dari Caſtr. conſ. 80. num. 2. lib. 1. Meno. de arbi. caſu 182. Gozzad. conſ. 92. num. 3. Cur. Iun. cõſ. 59. num. 3. Si vero agitur de reſtituenda tunc idem forſan dicendũ eſſet quod non affirmo ex notatis per Rol. a Val. conſil. 58. num. 45. lib. primo, ſed videas Alcia. conſil. 555. Pariſ. conſ. 45. lib. 2. & Natta conſil. 61. num. 4.

268 Quæro decimo tertio an quando adſunt alia bona pro conſtituenda vel reſtituenda dote, præter prohibita, debeant illa capi an vero alia prohibita, & dic ſecundum aliquos nõ eſſe apponendas manus fideicõmiſſo vt per gloſ. Bar. Angel. Fulg. & Salic. in d. auth. Roland. conſil. 85. num. 9. lib. primo, ſed vide Rimi. conſ. 127. num. 15. libr. primo

& Bouer.

& Boer. deciſio. 129. & Bello.conſil. 83.num.8.& Socin.conſil. 104.lib. 3. & Ruin.conſil. 139.lib. 2.

269 Decimo quarto quęro cum in Authen. noſtra dicatur quod licet alienare in cauſam dotis & donationis propter nuptias ꝑ modo honeſtati perſonarum cōgruo, quis dicatur modus iſte congruus, & cum Bart. dico quod remittitur arbitrio iudi. vt in d.auth.num. 1.& Cur.num. 10. per l.quęro,ff. de iure dotium Bellonus conſil.83.num.9.Ego autem dicerē hoc caſu plura eſſe conſideranda & in primis quantitatē bonorum & pecuniarum,ſecundo qualitatem perſonarum hinc inde, & in ſpecie mariti,item quod diminuatur fidei commiſſum minus quam ſit poſſibile,& vltimo quantitatē & nnmerum filiorum & filiarum pro quibus vide Boer. deciſ. 130.num. 12. Aret. cōſ. 117. num. 20. ſed quęſo non reſpiciat iudex prauam conſuetudinem huius noſtræ ciuitatis,quæ licet in anguſtiſſimo loco ſit conſtituta, tamen audent ciues dare dotes tā immenſas quod ex illis emeretur vt ita dicam vna ciuitas & quandoque pater habēs plures filias omnes præter vnam ponit in monaſterijs monialium, & illi vni quādoq; viginti millia quandoque quadraginta millia ſcuta pro dote dat,& ideo aliæ quæ inuitę clauduntur in monaſterijs continuo lamentantur quod pater cōtra ipſas talem in ęqualitatem demonſtrauerit,& crudelitatem exercuerit;hinc ira dei ſuper illos,& bona eorum non gaudet tertius heres. abſtineant quæſo ciues a tali conſtitutione dotium & placeat Sereniſs. Senatui qui quotidie inuigilat ad regimen, & gubernum huius Reipublicæ ſemel decernere quod nō poſſit dari dos vltra ſummā librarum viginti millium, & quod ſupra plus datum promiſſum vel receptum ſtatim fiſco cedat,quia hęc erit abſque dubio tam bona & vtilis lex quam quælibet aliaquæ fieri poſſit.

270 Decimoquinto quæro licet in ciuitate noſtra materię feudales parum tractentur, & ſi forſan ſperandum ſit quòd tractari poſſint poſtquam Sereniſs. dominatio noſtra intēdit habere multa feuda in inſula Corſica per vti etiam habet in terra firma, Quęro inquā an bona feudalia quę de ſui natura alienari nō poſſunt vt voluit Iaſ. conſ. 86. & 89. lib. 1. DD. in cap. 1. §. donare qualiter olim feuda alienari poterant Duen. reg. 40. octaua amplia. Bal.cōſ. 346. lib. 2. Burſa.conſ. 132. num. 32.libr. 2. poſſint pro dote alienari, & dicēdum quod ſic cum dotis cauſa ſit neceſſaria ex his quę notant Menoc. caſ. 132. de arbitra. Crau. conſ. 236. num. 4. Ceph conſil. 628. num. 2 n. lib. 5. Tiraq. de iure primigeniorū, ceſſio. 62. Menoc. conſil. 104. num. 14. Rim. Iun. conſ. 3. num. 65. Afflict. deciſ. 26.vbi Vrſillus Cur. Iun. conſil. 3. Bero. conſil. 113. num. 3. notat poſt alios Clar. q. 36. vbi diſtinguit, & allegat vide ibi, quia errare non potes & credendum eſt poſſe pro dote alienari bona feudalia cum ſecundum communem * poſſint etiā alienari bona emphiteotica vt voluit Iaſ. & Salic. in l. fin. C. de iure emphiteo. Iaſ. in conſil. 56. lib. 1. quod etiam procedit in bonis primogenituræ vt voluit Plotus cōſil. 87. in fin. vbi primogenitura æquiparatur fideicommiſſo.

271 Et nimirum profectò cum valeat argumentum de feudo ad emphiteuſim, quia feudum & emphiteuſis

ſis ſint eiuſdem naturæ & conditionis Specu. in tit. de feudo §. quoniam verſ. 40. Bar. in l. ſi mihi, & Titius ff. de vera. oblig. Bal. in cap. quę in eccleſiarũ, de conſt. dicens quod qui parantur, & de hoc eſt gl. in c. 1. an agnatus, vel filius, in vſi feud. & ſic in effectu fraternizant vt in propoſito refert Corne. conſ. 67. num. 8. volum. 2. dicens hanc regulam eſſe infallibilem quòd vbi lex vel ſtatutum, loquitur de feudo, extenditur ad emphiteoſim, & communiter ſolet argui de vno ad aliud in his quæ ſunt contra ius commune, nec deciſum reperitur contrarium de iure communi, vt per plur. concordan. firmat Rimin. d. conſ. 94. numer. 43. in fin. & ſeq. vol. primo & d. conſ. 429. num. 52. in fin. & ſequent. volum. 3. & ibi addit quod regulariter quæſtiones feudales deciduntur ſecundum ius commune.

272 Decimoſexto quęro quibus modis res alienari prohibita recuperari poſſit per illum ad cuius fauorem fuit facta prohibitio, & dico quod huic competit actio fideicõmiſſaria hereditatis petitio ſi petit fideicommiſſum vniuerſale l. 1. & toto titulo ff. de fideicommiſſa. hereditatis petitione Natta conſ. 400. ſi vero petat fideicõmiſſum particulare competunt illi tres actiones, ideſt hipothecaria rei vendicatio, & actio ex teſtamento Bal. in l. 1. C. communia de leg. Menoc. in 3. remedio adipiſcendę num. 31. & contra heredem procedet via executiua Nat. conſil. 621. num. 125. Alex. conſil. 98. lib. 2. Ceph. conſ. 98. num. 13. ſi enim peteretur legatum quantitatis factum ſub conditione vel in diem nõ poterit tunc fideicommiſſarius agere hipotecaria Ancha. Iun. q. 3. in prima parte; debebit enim iſte fideicommiſſarius multa oſtendere ad hoc vt obtineat, Primum prohibitionẽ eadeſſe, Secundũ fuiſſe contrauentũ, Tertium bona fuiſſe in bonis prohibentis vt per Alba. conſil. 6. Ceph. conſ. 386. lib. 3. & alia de quibus per Ozza. Decis. Pedemont. 73. Ioſeph Lodoui. conclus. 14. & late per Maſcar. de probationibus concl. 779.

273 Decimoſeptimo quęro cum mea ſit intentio amplectendi libertatem alienationis bonorum quæ poſſint opponi contra petentem ſibi reſtitui bona, & dic quod multa, & pręcipue pſcriptio, bona fides, euictio, iuramentum, pactum, & multa alia de quibus alias verba facturus ſum deo dante, ſed pręcipuum eſt, opponere contra ipſum quod ipſe in aliqua parte contrauenit voluntati teſtatoris, nam qui contrauenit in

274 parte dicitur, contrauenire in totum l. eum qui ff. de his quibus vt indignis l. quidam elogio, C. de iure deliberand. & ſubſtitutus cenſetur quis ſub conditione obſeruandi voluntatem teſtatoris quæ eſt indiuidua l. etiam de leg. 1. Ang. conſil. 168. numer. 2. & vide circa materiam præſcriptionis Decia. conſil. 108. & 118. lib. 3. & Menoc. de arbitra. quæſt. 69.

Ex his igitur huic ſecundę parti, & per conſequens huic libello finis impoſitus remanet ad laudẽ Sanctiſſimæ ac Indiuiduę Trinitatis & glorioſiſſimæ Virginis, cuius Sanctiſſimę Natiuitatis hodie feſtum colimus, ſi enim aliquid à me boni dictum eſſe reperietur non mihi attribuendum ſed ſummo omnium bonorum Dactori gratias agere conuenit, ſi vero quid

quid minus docte, minusuè perfecte dictum fuerit, ætati adhuc iuuenili parcendum erit & magis bona intentio quam opus conſideranda erit, ceterum in omnibus & per omnia me remiſi, remitto & remittam ſemper cuilibet determinationi ſac. ſan. Rom. eccle. & cuilibet Doctoris melius de materia per me tractata intelligẽtis, cum ego minimus ſim, & potius ab alijs diſcere quam quod alij à me diſcant cupiam.

LAVS DEO.

Finis Secundæ Partis.

INDEX RERVM, ET verborum, quæ in ſecunda parte huius tractatus continentur.

A

ALienare non licet ea quæ aliena ſunt num. 6. fol. 2
Alienari poſſunt res fideicommiſſo conditionali vel in diem ſubiectę num. 14. fol. 2
Alienare licet res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. num. 26. fol. 3
Alienari probibita poſſunt propter alimenta alienari quando fructus non ſufficiunt. num. 139. fol. 4
Alienari poſſunt, quæ deteriorari poſſunt. num. 141. fol. 10
Alienari probibita cauſa famis alienantur, & pro redemptione filij, à ſeruitute. num. 142. fol. 10
Alienari probibita alienantur per vltimum de familia. nu. 146. fol. 10
Alienari probibita poſſũt alienari ad vtilitatem fideicommiſſarij. num. 148. fol. 10
Alienari poſſunt probibita ſi adſit cauſa probabilis alienãdi. n. 153. fol. 11
Alienari probibitus alienat partem quã ab alio redemit. nu. 156. fol. 11
Alienare probibitus alienat pro grauaminibus a teſtatore relictis. numero. 164. fol. 11
Alienari probibita alienantur finito fideicommiſſo. num. 165. fol. 11
Alienari probibita alienantur in detrimentũ alienantis. nu. 173. fol. 12
Alienare rem reſtituendam eſt temeritas. numero. 13. fol. 2
Alienata imputantur in quartam. numero. 55. & 247. fol. 4. & 16
Alienatio rei non ſuę non tenet. num. 3. fol. 2
Alienatio rei expreſſe probibitæ eſt ipſo iure nulla. num. 18. fol. 3
Alienationis probibitio impedit dominij tranſlationem. num. 19. fol. 3
Alienatio quomodo pacto probiberi poſſit. num. 22. fol. 3
Alienatio cauſa dotis non dicitur in euerſionem fideicommiſſi. num. 70. fol. 5
Alienatio probibita ad tempus cenſetur poſtea permiſſa. n. 176. fol. 12

Alie-

I N D E X

Alienatio rei prohibitæ facta, a tertio non grauato tenet. nu. 136. fol. 10
Alienatio rei prohibitæ valet ſi pretium conuertatur in vtilitatem ſuccedere debentium. nu. 143. fol. 10
Alienatio extra familiam prohibita valet ſi perueniat ad ſuccedere debentem. num. 144. fol. 10
Alienatio rei prohibitæ non offendens mentem teſtatoris valet. num. 149 fol. 10
Alienatio permiſſa in vno caſu cenſetur permiſſa etiam in ſimilibus. nu. 150. fol. 10
Alienata quomodo recuperanda. nu. 272. fol. 16
Alienatio prohibita in vno caſu in alijs permiſſa. num. 162. fol. 10
Alienationis prohibitione duplicata licet pro dotibus alienare. nu. 174. fol. 12
Alienationis prohibitio quouſque extendatur. num. 182. fol. 12
Alienatio rei fideicommiſſo ſubiectæ ignorante facta valet. num. 33. & 34. fol. 4
Alimentorum cauſa poſſunt alienari bona prohibita. num. 42. fol. 4
Altare vnum nō debet detegi vt aliud cooperiatur. num. 60. fol. 5
Argumentum à contractu ad vltimas voluntates valet. num. 20. fol. 3
Argumentum ab alimentis ad dotem an valeat. num. 94. fol. 7
Argumentum à matrimonio ſpirituali ad tēporale valet. nu. 110. fol. 8
Argumentum à feudo, & ad emphiteuſim valet. num. 271. fol. 18
Argumentum de maiori ad minus valet. num. 214. fol. 14
Aſſignatio facta in teſtamento videtur eſſe alienatio. num. 98. fol. 7
Auth. res quæ C. com. delegat. num. primo. fol. 2
Auth. res quæ vtilitas. nu. 7. fol. 2
Auth. res quæ vnde ſumpta. num. 2. fol. 2
Auth. res quæ nihil de nouo inducit. num. 15. fol. 2
Auth. res quæ habet locum in omnibus deſcendentibus. nu. 81. & 261 fol. fol. 6. & 17
Auth. res quæ non habet locum in extraneis. nu. 262. & 96. fol. 6. & 7
Auth. quæ res non habeat locum in doſe recepta à fol. poſt mortem patris. num. 83. fol. 6
Auth. res quæ an habeat locum quando filius conſumpſit legitimam, & trebellianicam. num. 267. fol. 6
Auth. res quæ an procedat in dote ſpirituali. nu. 263. fol. 4
Auth. res quæ an habeat locum in filijs feminis natis poſt mortem teſtatoris. nu. 91. & 260. fol. 2. & 17
Auth. res quæ an habeat locum in ſpuria, & naturali. nu. 121. fol. 2
